ABB. JO. BAPT. PACICHELLII ... SCHEDIASMA ...

Giovanni Battista Pacichelli, ...



Digitized by Google



Digitized by Google

ABB. IO: BAPTISTÆ PACICHELLII
De Laruis, Capillamentis, et Chirothecis




Digitized by Google



Digitized by Google

ABB. JO: BAPT. PACICHELLII
J. ac Th. C.

Sereniſs. Parmæ ac Placentiæ Ducis
In Aula ac Regno Neapolis
Ablegati
Apud *Ubios* in Ampliſſimis inſtitutis,
Orbi pacando, Comitiis
Apoſtolicæ Legationis
Ex Auditoris Generalis, &c.




SCHEDIASMA
JURIDICO-PHILOLOGICVM
TRIPARTITVM

In Otio Romano Caniculari
Anni Chriſtiani M. DC. XCII.

De Larvis] *Maſcheris.*
De Capillamentis] vulgo *Perruchis.*
De Chirothecis] *Guantis.*

Adjecto
Duplici, Titulorum, ac Rerum Syllabo






NEAPOLI Anno M. DC. XCIII.
Ex Officina Camilli Cavalli.

Digitized by Google

Digitized by Google



Eminentissimo, ac Reverendissimo


PRINCIPI

JO: FRANCISCO

S. R. E. CARDINALI

NIGRONO.

J. B. *Abb. Pacichellius F.*



CVm superioribus mensibus *Opellas meas* nonnullas, quæ ab ineunte ætate variis obitis muniis, neç ad

Digitized by Google

domi opera navata, perpetuum erga *Sanctam Sedem* studium testabantur, *Em. T.* legendas obtulissem, eas minimè ingratas, & injucundas fuisse, grandi voluptate percæpi. Quo circa has etiam, ex incorruptis Authorum Monumentis depromptas, serius digestas, præloque jam traditas, sub auspicatissimo *Nomine Tuo* edendas decrevi. Vndique enim affulget; sive *Prætor* forensis fueris vel Vrbanus, ac *Apostolici Aerarii Præfectus*, sive in supremo Ecclesiæ Cætu, *Bononiensis*, difficillimis quidē temporibus *Apocrisarius*, optimusque per sacras Infulas *Faentinorum*, sis

Præ-

Digitized by Google

Præſul, ac *Parens*. Nec latet fama Prudentiæ, Conſtantiæ, Beneficentiæ, Chriſtianæque Diſciplinæ, magnam Gloriam captans, majoremque promerens, ab Atavis non modo clariſſimis deducta, verum & propriis Virtutum ſeminibus fæcundiſſimè germinata. Sapientiam Tuam à *Summis Pontificibus* jure, ac merito maximi factam, nemo eſt qui non laudet. Hinc lumen, ac patrocinium, qualecumque hoc, veluti nunquam interituri in *Em.T*. obſequii mei, pignus mittens, accipiam. Furtivis forſan horis, quibus animum liberalioribus reficis curis, nec Muſas deſpicis, percur-

 res.

res. Ne ſaltim aſpernere flagito; ſed, quem propius adfectum ſpontè, ac perhumaniter præſtitiſti, eundem è longinquo in me tranſcribas, etiam atque etiam rogo. Vale *Princeps Eminentiſſime*, diuque communi Bono regnaturus, Viue.

Il-

EMINENTISSIMO SIGNORE

MIchele Luigi Mutii Stampatore supplicando espone à V.E. come desidera far imprimere un' Opera intitolata *Abbatis Jo: Baptistæ Pacichellii Schediasma Juridico-Philologicum De Larvis, Capillamentis, & Chirothecis, addita Lucubratione de Tintinnabulo Nolano.* La supplica per tanto commetterla alla revisione, che l'haverà à gratia, ut Deus.

Rev. P. Mag. Frater Thomas Maria de Francia Ordinis Prædicatorum videat, & in scriptis referat hac die 13. Martii 1693.

Io: Andreas Siliquinus V. Gen.

D. Januarius de Auria Cons. S. Off. ac super Editione Librorum Deputatus.

EMINENTISS. DOMINE

EX jussu Eminentiæ Vestræ perlegi Opuscula, quorum titulus *Schediasma Juridico-Philologicum de*

Lar-

res. Ne ſaltim aſpernere flagito; ſed, quem propius adfectum spontè, ac perhumaniter præſtitiſti, eundem è longinquo in me tranſcribas, etiam atque etiam rogo. Vale *Princeps Eminentiſſime*, diuque communi Bono regnaturus, Viue.

Il-

EMINENTISSIMO SIGNORE

MIchele Luigi Mutii Stampatore ſupplicando eſpone à V.E. come deſidera far imprimere un' Opera intitolata *Abbatis* Jo: *Baptiſtæ Pacichellii Schediaſma Juridico-Philologicum De Larvis, Capillamentis, & Chirothecis, addita Lucubratione de Tintinnabulo Nolano.* La ſupplica per tanto commetterla alla reviſione, che l'haverà à gratia, ut Deus.

Rev. P. Mag. Frater Thomas Maria de Francia Ordinis Prædicatorum videat, & in ſcriptis referat hac die 13.*Martii* 1693.

Io: Andreas Siliquinus V. Gen.

D. Januarius de Auria Conſ.S.Off.ac ſuper Editione Librorum Deputatus.

EMINENTISS. DOMINE

EX juſſu Eminentiæ Veſtræ perlegi Opuſcula, quorum titulus *Schediaſma Juridico-Philologicum de*

Lar-

Larvis, Capillamentis, & Chirothecis addita Lucubratione de Tintinnabulo Nolano, a Sapientissimo Viro *Domino Abb* Jo: *Bapt. Pacichelli* concinnatum; & nihil in eis comperi, vel Religionis candori, vel Morum integritati dissentaneum. Quin etiam placuere Authoris ingenium, elegans dicendi forma, Eruditio Pietati non dissona, elaborata concinnitas, totum denique opus, non futili, sed vtili curiositate respersum. Quare publica luce dignissima cēseo. Neapoli in Regali Conventu Sancti Dominici Majoris die prima Maii 1693.

Em. Vestræ

Servus Devinctissimus
Fr. Thomas Maria de Franza Ordinis Prædicatorum in Regia Universitate Neapolitana Sacræ Scripturæ Cathedraticus, ac Generalis Studii Regalis Conventus Sancti Dominici Regens.

EC-

Digitized by Google

ECCELLENTISS. SIGNORE

MIchele Luigi Mutii Stampatore supplicando rappresenta à V.E. come desidera fare stampare vna sua Opra divisa in due Tomi intitolata. *Abbatis Jo: Bpatistę Pacichellii Schediasma Juridico-Philologicum de Larvis, Capillamentis, & Chirothecis* addita *Lucubratione de Tintinnabulo Nolano*. Che però supplica V.E. rimetter la revisione à chi le piacerà, e lo riceverà da V. E. à gratia, ut Deus.

Rev. P. Nicolaus Garzia Londogno videat, & in scriptis referat.

Soria R. Gaeta R. Moles R.
Miroballus R. Jacca R.

Spectabilis R. Carrillo non interfuit.

Provisum per S.E. Neap. 11. Martii 1694.

Mastellonus.

J U-

Digitized by Google

JUDICIUM P. NICOLAI GARZIA DE LONDOGNO C.R.M.

Catholicæ Majeſtatis Concionatoris, Regnorum Hiſpaniæ *Generalis Chronologi*, in Regio Collaterali Conſilio ſignati; ac Apoſtolicæ Nunciaturæ Neapolitanæ *Theologi* munere inſigniti, &c.

EXCELL. PRINCEPS

TRipartitum hoc Opus, cui tituli *Schediaſma De Larvis, Capillamentis*, & *Chirothecis*, addita *Lucubratione De Tintinnabulo Nolano*, Ab Eruditiſſimo Viro *Doct. D. Jo: Baptiſta Pacichelli Abbate* exaratum Juſſu *Ex. Tuæ* nedum majori, qua potui diligentia, ſed & ſumma animi jucunditate, perlegi, ac recognovi; cumque in ejus Lectione nihil plane, Regiæ Juriſdictioni, aut moribus diſſonum, imo omnia mirabili Authoris ingenio reſpondentia, nè

nè modicam quidem posteris utilitatem allatura observaverim, quippe quæ cunctis absolutissima numeris, utraq; Eruditione potissimum sint referta, proinde non censuram, sed Elogio dignissimum cēseo. Quidni! cum innumera Opera quibus haud ingloriè Author hucusque literariam lustravit arenam, eum ex merito omnigenæ laudis jam vindicem reddidere. Dicant *Apparatus ad Historiam Sacram Regni Peruani*: *Europa Christiana*, sive *Memoriæ Itinerariæ* quinque tomis compactæ: *Vitę quam plures Virorum illustrium*: & *Prospectiva Neapolitani Regni*, quibus Universæ Historiæ, Humanęque Eruditionis Metas Mirificè protraxit. Non sileat *Josias in Vaticano*, seu *Panegyris ad Clementem Nonum*, qua nulli ex celebrioribus Panegyristis, vel minimum reliquit cedendum. Tractatus illi Juridici *de Distantiis*, & *De Iis, qui nullo modo possunt in Jus vocari* inter primarios Jurisprudentiæ peritos, Jure primariū Authorē Nostrū declamant. In ipsius *Chiroliturgia*, aut *de Manus Ministeriis*;

riis: Pedum admiranda, sive de *Osculo Pedis Summi Pontificis*; ac de Jure *Hospitalitatis Universo*, quid amplius curioso Lectori desiderandum venit! Dicant denique percelebris hujus Authoris Opuscula; Fama loquatur livor in medium adeat, in alio nusquam pastus nisi in Authore: *Pascitur in vivis livor. Ovid.* 1. *Amor. Eleg.* 15. sed quamvis Virtutem Ejus corrodat, limam mordit, silicem limat; *Virtus namque in Astra* (ut meditatur) *Seneca in Hercul. Oeth.*) *tendit.*

Si pręsens Opus exterioribus tantum ocellis attenderem, certe non aliud quam *Pixidé Pharmacopęam*, uti *Alcibiades de Socrate* dixit, vocitarem, ubi nihil adeo considerationi dignũ sese obtutui exhibet, nisi Harpyas, Monstrosa Corporis Metamorphosi ridiculas, innumeraque alia ista humanæ Imaginationis, quę prius videntur quam videantur ludibria; Intus vero si penetretur, erit quod quęratur, ametur, ingentique prętio coematur. Similem officinam præsens opus Lectori offert, in quo *Capillamenta, Larvę, & Chirothecę* ludi-

di-

dicri corticis involucra, risui potius quam attentioni proponuntur, Quid hujusmodi Vanitatis lusus Viro sapienti, nisi ludibria videntur? Verum dum paginę penetrantur, quod ingenii humani Inquietudo, & vota ardenter ambierunt, Artium, & Sciẽtiarum nempe inexhaustos thesauros, inaccessaque adyta reclusa, tanta rerum varietate invenient, tanta utriusq; Eruditionis copia, ut nulla sit sic studiose affectata Oratio, nullum tam eruditę pennæ robur, quæ eorum, aut prętium, aut magnitudinem sufficienti adumbratione describat. Id Judicium, cum *Claudio Minoes* de optimo, utilissimoque Libro fero, qui vel varietate, vel doctrina rara, vel Eloquentiæ laude, aut dotibus aliis, quamquam semper repetatur, placebit, amabitur; non ut Librorum quorumdam vulgarium fæces, quos vel semel, vel parce legisse, aut pigeat, aut etiam pæniteat. Quapropter dignissimum censeo, ut quamprimum in lucem prodeat. Si sic Ex. Tuæ videbitur, &c. Neapoli in Ædibus Sanctæ *Mariæ*

Ma-

Majoris hac die 15. Mensis Maii Anni Domini 1693.

Excell. Princeps

Ex. Tuę addictissimus Servus
Nicolaus Garzia de Londogno
C. R. M.

Imprimatur. Verum in publicatione servetur Reg. Pragmatica.

Soria R. Gaeta R. Moles R.
Mirobalius R. Jacca R.

Provisum per S. E. Neap. 11. Martii 1693.

Digitized by Google

ABB. IO: BAPT. PACICHELLII

SCHEDIASMATIS

Iuridico Philologici

PARS PRIMA

DE MASCHERIS

SEV

LARVIS.



Singulari Sapientia, & Legum peritia
Ornatissimo Viro


D. ANSALDO DE ANSALDIS

Sanctiss. Dom. Nostri

INNOCENTII XII.

Auditori.

Digitized by Google



CAPVT I.

Maschera *Vox, ejusq; synonima*, Talamasca, Larva, Persona *expenduntur.*



T numquam minùs Otiosi videamur quam cum Otiosi, quemadmodum ajebat Sapientum maximus, minima quę in *Feriis Canicularibus*, per Horas potissimum succisivas, à bimestri ęgritudine nobismet, velut postliminio redditi, ex *Philologica* & *Juridica Librorum supellectili* in Urbe libavimus, hic tandem sternimus; Tempestivè quasi parantes ea quæ in hyeme statis diebus, ad vacandum, sive ad frigus levius ferendum optimè conducunt. Amicorum autem Novantiquariam Opellam urgentium, suasionibus, compendiario quidem sty-

lo

lo ac prorsùs laconico libenter assentimur; Et meritò, cum non Nobis tantum nati, nec ad ociũ, sed actionem, *Tullio* teste. Et sicut perbellè *Theod. Marcilius* in *Lusu de Nemine*

Nemo sapit solus: Nemo sibi nascitur uni

Omnia scit Nemo, & solus ubiq; docet.

Cęteras majoris ponderis meditationes, sublatis ad quietem repagulis, adversus quæ difficile ex *Martiali* habere *quotidiè bonum stomachum*, Juris publici faciemus.

Argumentum subsumptum, sive potiùs materiam ipsam aliquatenùs explicarunt ex Veteribus *Aristophanes* quidam Byzantius ab *Athenæo* laudatus *lib.* 12. nec non *Anton. Codrus Urceus* ex Junioribus in *Epistolica descriptione*. Quos Auctores tãquã nimium à Nobis remotos, aut satis distractos Aetas forsã protrivit. Rursùs, *Fructuosus Bisba*, qui & de *Comœdiis Bacchanalibus*: *Didacus Perez de Valdivio* librum inscribens *De Mascheratis, & Comœdiis. Cœlius Calcagninus*, tractatulo *Personatos* voca-

to. *Iul. Cæs. Bulenger.* Voluminis pereruditi de *Theatro p.* 45. *Ianus* Langl*æus Otii semestris* 8. 9. & alii sparsim, quos infra ut percurrere potuimus, referemus: eorum quoq; sententiam examinantes vel expungentes. Plura dicendo novè, nec pauca nova, cæterorum vestigia pro nostra tenuitate adorantes. Cunctis luculentiùs rem aperit *Agesilaus Mariscottus* in suo *Syntagmate* De *Personis & Larvis* Romanis typis edito anno 1639. in 8. *Philologico* quidem, non verò *Iuridico*.

Maschera Vocabulum (quod Italicè *Maschera, ò Visaccio*) ab *Hispanica* voce derivatum, quasi *Mas-cara* putant nonnulli, de Originibus nimium adfingentes. Potiùs ex Græco fonte *Masckàlon* quasi quid lætum. Indigitat *Calcagnin.* in fi. prefati Apologi E contra *Baskania* res turpes, ac deformes à Græcis appellatas docuit *Salmas.* ad *Tertull.* de *Pallio* ex *Hesychio*; ad avvertendam tamen fascinationem adhibitæ, Qua de causa cum iis figuris, quas vulgo *Mascaroni* vocamus, *Religio quædam horrosq;*

tosq;& fores dicari scripsit *Plin. Hist.* 19. 4. Verum *Arabica* ex dictione *Mascha* unde *Maschera* idem quod *Facies Histrinea*. Sic Pater *Dominicus Germanus* in *Fabrica Linguæ Arabicæ*; cujus Linguæ nõnulli peritissimi, atq; in Romano Athenæo Professores calculum addidere. Idq; ex Radice *Sachara*, idem ac *Irrideo*, ut *Iacob. Golius* monet in suo *Lexico Arabicolatino*. Barbarum nomen à *Langobardis* inventum affirmat Eruditissimus *Petrus Gregor. Tholosan. Syntagm. Iur. lib. 39. cap. 2. num. 5. & 6.* Apud quem Jus Romanum, aliarum Gentium, variorumq; populorum Instituta, & mores stant diligentissimè; ideoq; ipsius lectionem semper maximi fecimus. Ex eoq; *Cobell.* ad *Bull. Boni Regim. cap. 40. num. 54. & seqq.* Langobardi enim *Mascas*, appellant, *Phialas, Striges, Lamias*, quæ feruntur necare Infantes, & Cacodęmones cunctos nocturnos. Ideoq; in eorum Legibus per *Lotbariũ* editis, & præsertim *De Homicid. Serv. Ministr. lib. 1. leg. fin.* Nemo præsumere debebat Aldiam alienam (sunt ipsa verba) vel

Ancillam quasi *Stigiam*, quæ dicitur *Mascha* occidere *l. si quis mundum de Mundualdo, & mundi amiss. can. nullus presbyterium de consecr. dis. 5.* Similia per *Cujac.* de *Masca Venefica* ad *p. de Feud. tit. 2.* Ex Glossa *Striga*, quæ humanis corporibus vesci putabatur. Germanis *Mase*, quasi macula vel cicatrix, quæ faciē deformat, moverq; ad terrendum. Affert *Martinius in Lexico Philol.* Hinc Nicolaus *Remigius 1. Dęmonolatriæ* 18. post narratiunculam de Sortilegis Dęmonibus, nunquam se nominatim appellantibus, nec quam personatos versantibus, Laruisq; se tegentibus, hoc modo prosequitur: *Quæ puto, causa fuit, ut eas Maschas appellarent*; Nam & ab illis hoc nomen mutuatū *Mascarades vulgari sermone eos vocamus*, qui *Hilariis personati circum compita currunt velut Hilaribus*. Item simulachrum quod terret, vulgo *Mascarel*, faciei ad Infantes terrendos ex *Io. de Ianua*, qui habet quoq; *Mascara*. Ad rem Diuus *Anthelm.* de *Octo Vitiis.*

Sic quoq; Mascarum facies cristata facessit

Cum

Cum Larvam & Mascham miles
non horreat audax
Qui proprio fretus præsumit fidere
gestu.

Græcis Prosopium, seu Facies ficti-tia. Sic *Lucian. Calunn.* 4. *Pollux* 4. 5. aliiq; in *Stephani Thesauro.*

Galli dicunt *Faux Visage*, id testante *Carolo Du Fresne* in *Glossar. ad Scriptores to.* 2. ex *Ugutione* pag. 473. ubi quod *Arverni* sic *Scorta* vocent. Spectri *Gellonis*, olim formosæ Virginis, pueros terrentis; ex Hebræis *Michael Psellus* Græcus auctor meminit; & plura ex aliis narrat non iniucunda, *Leo Allatius* Vir Doctissimus in *Epist. De quorūd. Græcor. Opinat.* ad *Paul. Zacchiā* Medicum prestantissimum. *num.* 3. *& seqq.*

Nec videtur admodum differre *Talamasca*, vel *Talemasca* quasi imaginaria Illusio, de qua *Hincmar.* in *Cap. ad Presb. Diœcesis suę Rhemens. cap.* 14. *Regino c.* 203. & ex iis *Burchard. lib.* 2. *cap.* 161. ubi Nec *Larvas*, inquit, *Demonum, quas vulgò Talamascas dicunt*, ibi *ante se ferri consentiat.* Ad rem *Petrus Lombardus*, seu *Mag.*

Sentent. 2. *dis.* 21. de Diabolo: *Venit ad hominem in serpentis specie, qui fortè si permitteretur, in Columbæ specie venire maluisset; sed non erat dignum, ut spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua Spiritus Sanctus appariturus erat. Theodulph.* verò *Aurelianensis* in *Epigram.* de *Talamasca* scripsit

Pulsio Personæ cum vultum obducet inanem,
Quod tremit hinc terret, quod fugit inde fugat
Credo & prostratus jacuit, palmasque tetendit
Ante Redemptorem paruula membra movet.

Et *Kiliano Talmasche* est Larua: ut *Talmaschen* Larvam induere. Quod Vocabulum satiùs interpretantur *Voss lib.* 2. *de Vitiis sermonis. Stephan. Balutius* in *Notis ad Rheginon. Abb. Prumiës.* & *P. Io: Mabillonius in Analect. Veter. to.* 1. *in Notis ad Carmen* 8. *Theodulphi Archiepisc. Aurelianens.* consentaneum adferens locum vetusti *Concilii Rhemensis*, Anathematis pœna prohibentis Dęmonum

Lar-

Larvas, vulgo *Talamascas*. At in fragmento *Odonis Ariberti* de *Cæde Bernardi Comitis Barcinonensis*, occultæ significantur Litterarum notæ quibus cęlatum sit aliis, quam cui scribimus. Verba ipsius hæc sunt: *Cætera quæ pandere periculosum est, Litteris Talamascis inscribam.* Quæ omnia ex abundanti.

Accedit vox *Mania* pro matre Larium explicata apud *Varron. in* 8. cujus in Urbe sacelli meminit *Victor in* 14. *Regione*: meliùs verò ad rem, pro Larvis seu Phantasmatibus, ac mortuorum Umbris, quas pueri metuunt, velut Avias maternas ad fatũ delapsas, de quibus fusè *Macrob. Saturnal. p.* & nonnihil *Festus lib.* 12. ubi *Manias*, ait, *Aelius stilo* dicit *ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alij maniolas appellant. Manias autem, quas Nutrices minitátur paruulis pueris esse larvas, idest Manes Deos Deasq; quia aut ab Inferis ad superos manant, aut mania est eorum Avia materna.* Quibus verbis rem egregiè distinguit.

Hodiè verbum prorsus *Italicum*,

ut diximus est *Maschera*, in recenti & eximio *Academiæ* præstantissimæ *Florentinæ*, vulgò *della Crusca* Lexico sive Onomastico *to.3 fol.*1008. interpretatum, quasi *Faccia ò Testa finta di Carta pesta, ò di cosa simile*, sive pro Viro personato. Idem ac latinè *Oscillum*, & cõmunius *Persona*, *Larva*. Spectacula ultimorum temporũ vocat minus propriè *Masquarades Balusius* loco mox citato.

Personam verò à personando emanatam putamus, cum *Philologis* id sentientes qui fictam dicunt vultus Imaginem ad hodiernum communemq;in *Bacchanalibus* usum, *Histrionum* olim in Theatris: de cujus origine *Delrius* in *Proleg. ad Senec. cap.* 8. ac etymo *Rader. ad epist. lib. 2. Epig. Martial. fol.* 184. Non cum *Philosophis*, eam sumentibus pro Individua Rationalis Naturæ substantia. Quasi *Terisoma*, circa corpus ex *Scaligero Poetices* 1. de qua *Bassus* apud *Gell.* 5.7. *Quia cætera tecta, ora tantum habent aperta, unde sonora magis vox audiri possit*: quod tamen non semper verum, ut ex Vetustis Icomismis de-

demonstrabimus infra *cap.4.* & *Calcagnin.Villosis*, inquit, *Centonibus plerumq; involuuntur qui hoc habitu delitescere student.* Longius scribit *Festus.* & *Iuvenal.sat.3.de iis qui manducones personati* dicebantur.

——Personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus
Infans.

Cum Pueri à matribus ferri spectatũ Ludiones consueti ex *Plauto in Pœnulo.* Testis locupletior *Martial.Apophoret.176.*

Sum figuli lusus, Rufi persona Batavi
Quæ tu derides hæc timet ora Puer.

Corpus designat *ex Tertull.in Marcion.*

Personæ hic verè propriæ, non umbra ligatur.

Ipsumq; hominem ex *Aratore 11. de Claudo sanato*

Exequitur præcepta salus, & calle novello
Progreditur Persona vetus,

Et Dignitatem *Sidon.2.ep.8.*

Cui debuerit domi forisque minor Persona obsequiũ, major officium, æqualis affectum. Clarius *Seneca de Claudij*

Ludo: Itaq; ne videar in Personam, non in rem dicere sententiam censeo ne quis post hunc diem, &c. epis. 24. Pueri quos amant, quibus assueverunt si Personatos vident expavescunt.

Herbam latis foliis faciem tegentem *Personam* quoq; vocat *Plin.* 21. 15. & *Columella* 7. 18. Unde *Senecæ* ac *Erasmi* Adagium *Hæredis fletus sub Persona Risus est.* Pastinacæ seu majori Lappæ similis, ex *Leoniceno Vicentino* gravi Physico.

De facie *personata* ex licentia quicquam faciendi cum *Persona*, videndus est *Pollux.* Exemplum adest *Neronis* qui *Tragædias cantavit Personatus Heroum Deorumq;* in *Tranquillo.* Cujus rei usus ob pudorem deponendum, ut infra *cap. seq.* At, de Tragędorum *Personis Baccho* suspẽsis. *Pont. Attic. Bell.* Propriè dicitur *Personatus* qui foris quicquam ostẽdit, intus autem aliud sentit: *Quid est,* verba *Ciceronis* 15. *ad Attic. cum ego Personatus ambulem?* Cui titulo accedunt, *Sophistæ, Cavillatores, Vafriq:* quiq; *Personam* ex *Seneca, malunt quá faciem.* Ita *Rhodigin.* 6. 29.

Per-

Personæ dictæ quoq; *Larvæ* à *Laribus* pro inani terriculamento; Noxiis scilicet Inferorum Umbris, uti explicuit *D. August. de Civit. Dei*: *Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ, & in malis vitæ mentis maculatæ, quæ à corpore terriculamenta sunt mortalib. Plaut. in Pamph.*

Non hæc quidem Adepol, Larvarum plena sunt? & in *Amphitruone*
Larva umbratilis tu meminis territas
Et *Horat. serm.* 1. 5.
Nil illi Larva, aut Tragicis opus esse Cothurnis.

Gallis *Folletti* & *Gobelini*. Quod patet ex *Glossar. Du. Fresne*, & *Dæmones aerij Id. to. 2. fol.* 239. Cum *Festo*, *Larvati* dicuntur *Furiosi*, *& mente moti*: de quibus *Apule.* in *Apol. Hunc deniq; qui Larvam putat ipse est Larvatus*; *Larvæ* enim à *Laribus*, quorum summum, ac peculiare est Insaniam immittere. *Maniam* Larium matrem & *Lares* templum commune idcirco habuisse *Laurent. Polymathiæ* 2. 30.

Ad faciem tantum *Larvam* pertinere, ac distingui ab ementita veste, vult *Ripa* ex nostratib. de *Noctur. temp.*

temp. cap. 14. & noviſſimè *Raynald. Obſervat. lib.* 2. *cap.* 18. §. 33. *num.* 19. Nō verò quodlibet hujuſmodi adulterini habitus mendacium eſſe *Larvam* cenſuit *Bertazzol. Conſ. Crimin.* 108. ſed *Larvas* ad faciem ſolummodo pertinere. Idem quoq; *Mantua in Dialogiſmo claſ.* 2. *cap.* 45.

Appellari vulgo *Perſonatus*, Eccleſiaſticos Viros, quaſi Presbyteri *Larvæ* ſint *Monachorum*, ſcribit *Slevoctius de Union. Eccleſiar. cap.* 2. *nu.* 2. *in fi.* Horumq; Directores, ac Magiſtros eos *D. Hieron. in Epiſtol.* ſapientiſſimè prius noverat ac monuerat. At *Perſonæ* dicuntur hoc modo Clerici Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes qui, explicante *Io. Sarisberiēſi Policrat.* 7. 17. *quocumq; modo plura conquirunt altaria, & nolentes ſervire altari de quo vivunt, perſonatus quoſdam introduxerunt, quorum jure ad alium onera, ad alium referantur emolumenta.* Qua in materia ſatis abunde *Carol. Du. Freſne in ſuo prediviti. Gloſſar. mediæ ac infimæ Latinitat. to.* 2. *fol.* 249 & 250.


Eſt quoq; *Perſonatus* idem ac *Paro-*

ro-

Digitized by Google

rochialis Vicariatus , cum Vicarii Personis,& Ecclesiæ inservire teneãtur ex *cap.2.& 3.de Off.Vica.& cap. 54.de Electio.& Electi potest.cap.13. de fil.Presbyt.cap.1.tit.24.in 6.*& alibi apud *Calvin.in Lexico.*Beneficium porrò Ecclesiasticum in una Ecclesia *Dignitas* aliquando est, in alia *Personatus*,vel Officium:& alterutrum, vel utrumq;Sedi Apostolicæ nonnunquã reservatum. *Cap.1. de Præbend. & Dignitat.in 6.Gloss.cap.6.ejusd. Tit.§. Personatibus. Hostiens. de Præbend. can.ne multa.* Aliiq; Pontificii Juris Interpretes passim.

Vocabula igitur sic erant considerandâ, cum in eo opere *Socrates* ipse initium Eruditionis agnoverit, monente *Arriano* per *Epictetum*,ferè alterum *Senecam p.17.*



CA-

CAPUT II.

Mascherarum *seu Larvarum Fons*, *Ususq; apud Veteres osten-ditur.*

ITalicam vocem fas est latinè ad rem satiùs demonstrandam usurpare. Vetustissimam itaq; ipsarum Originem, post *Macrobium* constat ex *Rhodigino* 13.23.*ad fin.*& *Alex ab Alex*.2.22. ubi de servis præsertim Dominorum Vestes usurpantibus; in Festo scilicet *Saturni* scribente *Rosin. Antiq.Rom*.4.7. *&* *Rodulpho Hospinian.de Orig.Festor*.1.*Ianuarii*.Quarũ Inventor *Aeschiles* ille, qui putans indecorum Tragicas actiones Comicis haud absimiles, Vultus in personis expressit Gentium minus notarum, ut Nostratibus forsan hodiè, *Turcarum*, *Aethiopum*; ac similium. *Horat. in lib. ad Pisones* verè Divino

Post hunc Personæ, pallæq; repertor honestæ
Aeschylus, &c.

Ad earumq; conspectum prægnantes abortum fecisse legimus. Fusè *Apulejus Metam*.10. de Paridis Judicio,

Lu-

Lucianus in Pseudologista ac *Nigrino*, & *Plutarch.* in *Aristophanis cum Menádro comparatione* Greçosq. Nugarum Architectos suadet *Iuvenal. Sat.* 3. *v.* 78.

Græculus esuriens in cælū jusseris, ibit & *Martial. epig.* 86. 2. *ad Classicum* carmen illud.

Nusquá Græcula quod recantat Echo. Primā verò laudem *Roscio Gallo* dedit *Cic.* in *Orat.* pro eo & *Quintio.* At *Sext. Pōpejus* scribit *Atellanos* (quorū rudera in *Campania* non absq; lachrymis vidimus) propriè *Personatos* dictos, quia non cogebantur in scena personas ponere, id quod cęteris *Histrionibus* pati oportebat. Videndus est *Valer. Max. de Instit. Antiq. cap.* 171. *lib.* 2. Eorum fabulæ ac Tragediæ urbanissimis jocis refertæ ad populum exhilarandum risumq; excitandum. *Turneb.* 3. 17. *Advers.* ad illud *Iuven.* Sat. 6.

Urbicus exodio risū movet Atellanæ.

Urbicus quasi *Urbanus* commune Actoris *Atellanarum* nomen. Cunctorum finis Lætitia, & Hilaritas. Plenè *Rhodigin.* 3. 30. Et de Per-

ſonatis faltibus *Seneca epiſ. 76.* **Fa**cieiq; unctioni in ſcenis ſubſtitutã, nec non Juvenibus valdè aptam, fatetur Italicus Homerus *Torquatus Taſſus* in Dialogo, lingua vernacula, inſcripto *il Gian Luca p. 4. Rime, e Proſe* Venetę Impreſſionis anni 1586 Seriùs in templis filiorum Icona, Deorum habitu veſtita, ac per parẽtes ſuperſtitione vana oblata ad tutelam merendam ex *Herodiano* conjectatur: Amoris habitu puerum deſcribentis, qui per libellum de cædis à *Commodo* præſcriptis revelationem fęcerat.

In Ludis Cybelis magnæ Deum matris primum inventum apud *Romanos* idẽ *Herodian.* prodidit *li. 1.* Idibus enim Junii, ut Larvati per Urbẽ obambularent permittebant ex *Cenſorino*, vulgato opere *Diei Natalis*, Tibicinibus ſcilicet ſuis. *Ovid. Faſtor. 6.*

Cur vagus incedit tota Tybicen in Urbe?
Quid ſibi Perſonæ, quid Toga longa volunt?

At in Ludis *Quinquatriis* minoribus, & in

& in *Megalensibus*, mutata veste, ac personata facie sacrificiorum causa eos excurrisse tradunt alii. Scriptores *Tartarosinici*, in illo Imperio jampridem adhibitas, veluti Bellicum, Tormentum, ac Typographia, vix duobus hinc sæculis nobis nota.

Fortiùs autem est quod opinatur ex modernis Italicè Doctor Theologus *Ludovicus Arrivabene* in suo *Maschero mastige*, sive *negli Ammaestramenti del Lodevole, e Cristiano Carnevale*, in Divinis Scripturis, ac præsertim in *Pentateuco*, *Larvas* opptimè expressas. Docent id exempla potissimùm *Tamar*, velato vultu, ac mutata veste socerũ decipiẽtis: *Iacobi* servili forma *Labano* ultra septenniũ famulatum præstantis: Faciei *Mosaicæ* prælucentis, quemadmodum *Divi Stephani* Angelum representantis. Nec deerunt in cęlesti Patria hujusmodi Metamorphoses, ad intensius, vel remissius gaudium, juxta merita Viatorum. Tunc non proderit hic lusisse veluti *Cajus Caligula*, qui Vestes assumebat, *Iovi*, *Iunoni*, *Veneri*, ac *Dianæ* accomodas ex *Xiphilino*.

Cę-

Digitized by Google

Cęterùm vetustus *Personarū* usus, ex facie Lunæ, *Gorgonis* aspectum aliquatenùs præseferente, ab *Orpheo* conjectat *Mariscott.* loci superius adducti *cap.7.* Vestium quoq; mutatio diffluens ab *Hercule*, juxta *Plutarchi* placita *cap. 3.* Vultus verò *Tinctura* ab Agricolis emanata, juxta *Eleg. 1. lib.2.Tibulli* ibi

Agricola & minis suffusus Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab Arte choros,

Et *Pausanias* in *Eliacis* Tincturam Vultus *Dianam* edocuisse: Cum Frõtis per Notas atras deformatio, de qua *Sueton. in Cajo 27. Seneca de Ira 3.3.Valer.6.8.& Dio 97. à Constantino* Augusto sublata *l. 2. de Pœn. C. Theod.* ubi *Iacob.Gothofred.* exquisito suo more; & per *Theophilum* Cęsarē Iconoclastam restituta, ut apud *Cedren.* in eo, *Boet.de Conf. Prof. 4.* & videri possunt *Card. Baron. ad Rom. Martyrol.12.Kal.Ian.& Ant.Gallon. de Martyr.SS. Cruciatib. cap. ult. fol. 414.edit.Antuerp.* utpotè injuriosa, ac pœnalis, ad argumentum istud non faciat.

Et

Et quod fucus colorum in facie intra vires, & citra inhonestum finem lethale non sit, censuit *Barbos. Vot. Decis.* 124. *lib.* 3.

Quandoq; *Personę* ligneę; de quibus *Hesichius*. Et 2. *in Symmach. Prudent.* eo carmine Philomusis trito.

Ut Tragicus cantor ligneo tegit ora cavato

Meminit quoq; *Serv. Georg.* 2. de *Personis* ad ludicra, ac turpia risumq; ex *Corticibus Arborũ* de quib. infra. Et de *Argentea* in celebri *Satirico* Arbiter: *Potantibus ergo, & accuratissimas nobis lautitias mirantibus, Larvã argenteam attulit seruus sic aptam, ut articuli ejus vertebræq; locatę, in omnẽ partem flecterentur*, & paulo post

Sic erimus cuncti, postquã nos auferet Orcus.

Ad quem locum in mensa *Trimalcionis*, Martis memoriam referentem multus est *D. Ioseph Anton. de Salas* Glossator *fol.* mihi 138. plurimum luminis accipiens ex illo *Senecæ* epis. 14. *Nemo tam Puer est ut Cerberum timeat, & Tenebras; & Larvarum habitum nudis ossibus cohærentẽ.* Certè olim in Tricliniis, vel Concla-

vib.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

vib. supra mensas Crania, seu Larvæ suspensa erant, aut sic aptata, ut earum articuli vertebræq; in omnem partem verterentur ad convivarum humanæ conditionis admonitionem largioreq; genio indulgentiam. *Scaliger. 2. Ausonian Lection. 26. Lips 1. Saturn. ult. Laurent Ramirez de Prado ad Martial. epig. 59. lib. 2.* ubi Poeta concludit (*nardo:*

Frãge toros: pete vina: rosas cape: tingere
Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

De quo morali documento preter *Anthologia*, similia in *Essedonibus*, & *Scythis* apud *Melam Solinum*, *Herodotum*, ac *Strabonem* *Lucretius* alludit egregiè *lib. 4.*

Eximia veste, & victu convivia ludi
Pocula crebra, Unguenta, coronæ,
serta parantur, (*porum*
Nec quicquã quoniã medio de fonte Le-
Surgit amari aliquid, quod in ipsis
floribus anget

Multus est *Casp. Barthius* Advers. 56. fol. 2641. qui prius de *Larvatis funeribus* 1146. de quibus & *Philipp. Camerat. Meditat. Histor.* 1. 96. quem sequitur *Io: Kirchman. Funer. Roman.* 2.

9. Fa-

9. Faciebus ſcilicet ruina ædium detritis, alio vel caſu mutilis ac velari conſuetis: quod primo ex infortunio docet poſtremus, in duorum conjugum prima Nuptiarum nocte in ipſomet toro, miſero quodam fato, oppreſſorum, *Inſcriptionis* ethnicę fragmento: *Cari Parentes, nec Luctu, nec Lachrimis miſera, ac Larvata noſtra defleatis funera, ne reddatis infeliciora, &c.* Hoc ævo in hujuſmodi ſiniſtris, ac in mortualibus pompis ſolemnioribus id remedii prudenter adhibitum. Quod tegēdis Sanctorum Corporum cultui expoſitorum vultibus, non ſemel, nec in uno tantum loco obſervavimus. Sic *Neapoli* argentea, & ad vivum *Larva* faciei *B. Andreæ Avellini Clerici Regularis* miro artificio in ditiſſimo conditorio ſubſtituta; ipſius enim caput in ejuſdē materię ſimulachro piè ſervatū. At ſacris modo relictis, redeamus ad Ludicra.

Effigiem quoque humanam, ſeu *Perſonam* ex *Feno* ad Tauros, ac Pantheras Hieronicas irritandas invenimus apud *Sen. de ira 3. ult. Liu. initio lib. 39. & Aſcon. in Cornel.* For-

an

ſan ex *Vitro* ad ignominiam quandã, Aeris, Auri, Argentiq; *Tiberii* ætate flexibili *Plinio* teſte 37.26. & plenius apud *Nigrũ de Arte Vitraria.* Quia ex Cera facilior imitatio, refertaq; ad artis miraculum theatra vidimus *Lutetiæ.*

Verùm de primæva *Larvæ* aſſuetudine in ſcenis videndus eſt *Ariſtotel.* in *Poetica* 11. *Perſonas* verò diſtinguit *Donat.* in *Terentii* ſcholio. Explicat *Theophraſt.* de *Morum Characterib. lib.* 6. A Perſonatis Hiſtrionibus acta ſpectacula, *Cherilum* Athenienſem in certamen deſcendiſſe, *Larvas*, & ſcènam inchoaſſe diſtinguit idẽ *Donatus.* Et de *Perſonis* Honeſtis, Terribilibus ac Mutis intelligendi, *Suidas*, & *Ariſtophanis* Scholiaſtes.

Preter *Aeſchylum*, ac *Roſcium Gallum Larvis* primum uſos, perverſis quidem oculis ad paraſitos prorũ iãdos ex *Diomede lib.* 3. *Cinciũ*, & *Faliſcum* egiſſe in Comedia Idẽ *Donatus* recitat: in Tragedia vero *Minutium*, & *Prothonium. Vliſses* palliatus, *Priamus* raſus *Achilles*, ac *Neopto-*

pto-

ptolemus cum diademate. *Nero* ipse ex *Sueton.* 21. *cantauit personatus*. Plenè de aliis, eorumq; similibus *P. Iul. Cæs. Bulenger. de Theatro* 1.54.

Comediam quoq; *Personis* olim instructam tradunt *Pollux*, & *Suidas*, quorum textus apud eundem *Bulenger.* fideliter. Nonnulla in *Aeliano* 2. 13. de cujus exoleta Bonorum censura nimis rigida, ex Poetarum licētia non satis probanda *Horat.* & *in Arte*

In vitium Libertas excidit, & vim
Dignum lege regi, lex est accæpta chorusq;
Turpiter obtinuit sublato jure nocēdi.

Et *Plinius* 7. 52. *Histor. M. Osilij Hilari* Comediarum *Histrionis* meminit, qui populo placuit supra personam die Natali usurpatam. Nos quoq; post *Marescott.* in veteri Vaticano *Terentii* Codice, Larvatos, personatosq; Histriones pictos vidimus. Verum de *Histrionica* latius infra. Sat modo referre *Lucianum* de *Saltatione*, ubi: *Turpe*, inquit, *minimeq; jucūdum spectaculum, homo longitudine deformi, atq; incomposita exornatus, altis*

calceamentis ingrediens, caput Larva minaci obductum habens, tum peramplo ore biante, quasi spectatores deuoraturus. Mitto adscititia pectora, & ventres factitios, adjunctam & ante compositam corporis crassitudinem. Cum saltatores personas referrent, Lenonis, Adulteri, vel Temulenti ex *Artemidoro* 78. post *Athenæum*, & alios.

Indubium porro est, fictam imitationem, qua summopere homo delectatur, teste Philosopho in *Poetice*, *Mascheris* causam dedisse. Hinc *Cicero* pro *Roscio* multus, ac videndus est *C. Fannii Chereæ* personam præclarè in scena tractare consueti dicentis. Ac de se ipso *Ad Attic. ubi supra*

Parum ne fœda Persona est ipsius senectutis?

& *Ovid. Fastor. 6.*

Callidus ut posset specie numeroq; senatum
Fallere, Personis imperat ora tegi.

Clariùs *Cassiodor 4. Var. epist. ult. A multifaria imitatione nomen est. Idem corpus Herculem designat, & Venerē,*

fæ-

fæminam præſentat, & marem: Regem *facit, & militem, ſenem reddit, & juuenem, ut in ſuo videas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos.* Et *Lucilius* morem ſenum ſuo ævo faciē gypsātium irridet *epig. 2. 9. Antholog.* Gręcæ, latinè redditæ hoc modo

Sæpe caput tingis, nunquam tinctura ſenectam
Nunquam rugoſas explicitura genas
Deſine jam faciem ſtibio depingere totā
Perſona eſt enim nunc tibi, nō facies
Nil habes hinc lucri, quæ eſt hæc dementia fucus?
Et color haud Ecubam fecerit unquam Helenam.

Adde quæ *Martial.* *profert epig. 43. lib. 3.* & ſparſim *Seneca* de *Perſonatis,* Quod ſi artem ediſcere cupias vultū manus, capilloq; colore aliquamdiu durabili tingendi, conſule *P. Caſp. Scottum p. 1. lib. 5. Chrom. 12.* univerſ. *Magiæ.*

Verecundia non minus *Larvis* occaſionem præbuit *Servio* teſte ad *Virgil.* Et protritum olim Adagium *Perſonam habere non faciem,* quo uti-

Digitized by Google

tur quisquis nimium liber est objurgando in vulgari sensu. *Ulpianus Rhetor* cum de *Epicrate à Demosthene* notato, quod absq; *Larva* in festis accumberet, ipsius impudentiam demonstrans, *absq; Persona* dixit, & causam reddidit, cum in Festis volentes irridere, gestarent *Personas* ne pudefierent. Breviator *Dionis* retulit *Neronem* preclaros Viros præ pudore personatos spectaculis inservientes, *Personas* deponere jussisse Histrionum apparatu, eos detegens hominib. apud quos ipsi paulo ante Magistratum gesserant. Nos quoq; jam in Urbe jucundè vidimus patefactum ab illustri fęmina Virum quēdam Patricii ordinis Romanum annosum, in Aula Regii Legati ad Choreas deductum; illa enim facie simnlaverat nimium caluisse, ideoq; *Larvam* exuit, & socios ad idem blanditiis impulit. Scitè *Valer.max.* 2.5. *Personarum usum Pudorem Temulentię circumventæ causam habere* scripsit.

Personarum, seu *Larvarum* mos certè multiplex, & varius. In *Festorū*

hi-

Digitized by Google

hilaritate, ſive *Bacchanalium*, quorum inſtitutio ex recentioribus: ſive *Liberalium* ad Liberi Patris honorem, & Vinearum proventum: in *Græcia* quidem Decembri vel Januario, *Romæ* poſt Veris exordia, cum Vina à fęcibus fiebant exempta, de quibus *Valer.* quoq; 2. 5. Et tunc per ſummam licentiam *Perſona* quæcumq; repreſentabatur ex *Herodiano* jam laudato, & *Alex. ab Alex.* 16. 19. Quem morem Ruſtici Vindemiatores per Italiam, ac Germaniam libentiſſime imitantur. In *Epiphania* Domini ſimiliter apud noſtrates alioſq; Larvale ſimulacrum ſuſpenditur, quod pueris terriculamento eſt, ſæpe tamẽ jucundo, ac feraci, vulgò *la Befana*; ex quo deformes mulieres eaq; turpiores ita appellantur. Neſcimus tamen cur potius ex *Gallica* voce *Tifaine Octavius Ferrarius pag.* 48. Operis laudati, quam ex priori quoque *Græca*, & communi Eccleſiæ Romanæ, ipſam derivet. Alicubi, ut olim in ſimilibus Feſtivitatib; ſervi, ac Domini Veſtes viciſſim permutant. De iis, poſt *Lucian.* & *Macrobium*, *Vuolf-*

gang. Latius 10. 9. Aptè *Virgil.* videndus *Georg.* 2. post med. ibi

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proscenia Ludi.

Et paulò post

Necnon Ausonii Troja gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto
Utraq; corticibus sumunt horrenda cavatis.

Ubi de Atheniensium Ludis veteribus, præmio Hirci proposito antequam à Theseo in Urbem redigerētur, qui ad Italos fluxere, in honorē quoq; Liberi patris, quos carminibus inconditis, risu *Larvisq;* celebrabant, uti post *Servium* supra enunciatum, egregiè *Farnab. Pontanus*, ac *Cerda*.

Quod apertiùs, ex *Ovidio seq. cap.* demonstrabimus.

E Platonicorum secta egregiè *Apulejus* 11. Metamorph. *Personatorum* formam exprimit: ibiq; adnotat noster Præceptor dulcis memo-

riæ

riȩ Vir omnibus numeris eruditus. Jo: *Pricæus* Equestris ordinis Anglo-Britānus. De sacris *Bonȩ Deæ* cum hujusmodi *Larvis* consulendus est *Jacobonius* ille, qui de *Veteri Cȩsiorum Gente* Historiam edidit. Non tamen spernenda Satyra *Juvenalis* 2. De *Herculis* sacris *Plutarch. quæst.* 58. De *Venere* apud Ciprios mare existimata, ac Barbata *Macrob.* 3. 8.

Imò si fuissent *Nocturnæ Bacchationes*, eadem forma, tunc iis Veteres gavisi, ex *Aelian. var. Hist.* 9. 29. apud quem Adolescentes nequam & scelesti insidiis clam, accensis cum facibus, & Furiarum personis, post cȩnā, & concubia Socratem nocte revertētem expectarunt: ipse verò eos aspexit imperturbatus. De *Verris* nequitia *Cicero Orat.* 6. quod *Reticulum ad nares sibi admovebat lino tenuissimo, & minutis maculis plenum Rosæ*. De Alexandria Thus interpolante *Plin. Hist.* 12. 14. De *Nerone Xiphilin.* ac *Tacit.* De aliis alii.

E contra, muliebrem vestem induere *Licii* prȩsertim, in Luctu, id observante *Valer. Max.* 2. 6. post *Plutarch.*

vib. supra mensas Crania, seu Larvæ suspensa erant, aut sic aptata, ut earum articuli vertebræq; in omnem partem verterentur ad convivarum humanæ conditionis admonitionem largioreq; genio indulgentiam. *Scaliger. 2. Ausonian Lection. 26. Lips 1. Saturn. ult. Laurent. Ramirez de Prado ad Martial. epig. 59. lib. 2.* ubi Poeta concludit

Frãge toros: pete vina: rosas cape: tingere (nardo:
Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

De quo morali documento preter *Anthologia*, similia in *Essedonibus*, & *Scythis* apud *Melam*, *Solinum*, *Herodotum*, ac *Strabonem*. *Lucretius* alludit egregiè *lib.* 4.

Eximia veste, & victu convivia ludi
Pocula crebra, Unguenta, coronæ,
serta parantur, (*porum*
Nec quicquã, quoniã medio de fonte Le-
Surgit amari aliquid, quod in ipsis
floribus anget

Multus est *Casp. Barthius* Advers. 56. fol. 2641. qui prius de *Larvatis funeribus* 1146. de quibus & *Philipp. Camerat. Meditat. Histor.* 1. 96. quem sequitur *Io: Kirchman. Funer. Roman.* 2.

9. Fa-

Digitized by Google

9. Faciebus ſcilicet ruina ædium detritis, alio vel caſu mutilis ac velari conſuetis: quod primo ex infortunio docet poſtremus, in duorum conjugum prima Nuptiarum nocte in ipſomet toro, miſero quodam fato, oppreſſorum, *Inſcriptionis* ethnicę fragmento: *Cari Parentes, nec Luctu, nec Lachrimis miſera, ac Larvata noſtra defleatis funera, ne reddatis infeliciora, &c.* Hoc ævo in hujuſmodi ſiniſtris, ac in mortualibus pompis ſolemnioribus id remedii prudenter adhibitum. Quod tegēdis Sanctorum Corporum cultui expoſitorum vultibus, non ſemel, nec in uno tantum loco obſervavimus. Sic *Neapoli* argentea, & ad vivum *Larva* faciei *B. Andreæ Avellini Clerici Regularis* miro artificio in ditiſſimo conditorio ſubſtituta; ipſius enim caput in ejuſdē materię ſimulachro piè ſervatū. At ſacris modo relictis, redeamus ad Ludicra.

Effigiem quoque humanam, ſeu *Perſonam* ex *Fęno* ad Tauros, ac Pantheras Hieronicas irritandas invenimus apud *Sen. de ira 3. ult. Liu. initio lib. 39. & Aſcon. in Cornel.* For-

Digitized by Google

ſan ex *Vitro* ad ignominiam quandã, Aeris, Auri, Argentiq; *Tiberii* ætate flexibili *Plinio* teſte 37.26.& plenius apud *Nigrũ de Arte Vitraria.* Quia ex Cera facilior imitatio, refertaq; ad artis miraculum theatra vidimus *Lutetiæ.*

Verùm de primæva *Larvæ* aſſuetudine in ſcenis videndus eſt *Ariſtotel.* in Poetica 11. *Perſonas* verò diſtinguit *Donat.* in *Terentii* ſcholio. Explicat *Theophraſt.* de *Morum Characterib. lib.* 6. A Perſonatis Hiſtrionibus acta ſpectacula, *Cherilum* Athenienſem in certamen deſcendiſſe, *Larvas*, & ſcènam inchoaſſe diſtinguit idẽ *Donatus.* Et de *Perſonis* Honeſtis, Terribilibus ac Mutis intelligendi, *Suidas*, & *Ariſtophanis* Scholiaſtes.

Preter *Aeſchylum*, ac *Roſcium Gallum Larvis* primum uſos, perverſis quidem oculis ad paraſitos prorũ iãdos ex *Diomede lib.* 3. *Cinciũ*,& *Faliſcum* egiſſe in Comedia Idẽ *Donatus* recitat: in Tragedia vero *Minutium*, & Prothonium. *Vliſses* palliatus, *Priamus* raſus *Achilles*, ac *Neopto-*

ptolemus cum diademate. *Nero* ipse ex *Sueton.21.cantauit personatus*. Plenè de aliis, eorumq; similibus *P. Iul. Cæs. Bulenger. de Theatro* 1.54.

Comediam quoq; *Persónis* olim instructam tradunt *Pollux*, & *Suidas*, quorum textus apud eundem *Bulenger.* fideliter. Nonnulla in *Æliano* 2. 13. de cujus exoleta Bonorum censura nimis rigida, ex Poetarum licētia non satis probanda *Horat.* & *in Arte*

In vitium Libertas excidit, & vim
Dignum lege regi, lex est accæpta chorusq;
Turpiter obtinuit sublato jure nocēdi.

Et *Plinius* 7. 52. *Histor. M. Ofilij Hilari* Comediarum *Histrionis* meminit, qui populo placuit supra personam die Natali usurpatam. Nos quoq; post *Marescott.* in veteri Vaticano *Terentii* Codice, Larvatos, personatosq; Histriones pictos vidimus. Verum de *Histrionica* latius infra. Sat modo referre *Lucianum* de *Saltatione*, ubi: *Turpe*, inquit, *minimeq; jucūdum spectaculum, homo longitudine deformi, atq; incomposita exornatus, altis*

B *cal-*

calceamentis ingrediens, caput Larva minaci obductum habens, tum peramplo ore hiante, quasi spectatores deuoraturus. Mitto adscititia pectora, & ventres factitios, adjunctam & ante compositam corporis crassitudinem. Cum saltatores personas referrent, Lenonis, Adulteri, vel Temulenti ex *Artemidoro* 78. post *Athenæum*, & alios.

Indubium porro est, fictam imitationem, qua summopere homo delectatur, teste Philosopho in *Poetice*, *Mascheris* causam dedisse. Hinc *Cicero* pro *Roscio* multus, ac videndus est *C. Fannii Chereæ* personam præclarè in scena tractare consueti dicentis. Ac de se ipso *Ad Attic. ubi supra*

Parum ne fœda Persona est ipsius senectutis?

& *Ovid. Fastor. 6.*

Callidus ut posset specie numeroq; senatum
Fallere, Personis imperat ora tegi.

Clariùs *Cassiodor 4. Var. epist. ult. A multifaria imitatione nomen est. Idem corpus Herculem designat, & Venerē,*

fæ-

fæminam præsentat, & marem: Regem *facit, & militem, senem reddit, & juuenem, ut in suo videas esse multos tam varia imitatione discretos.* Et *Lucilius* morem senum suo ævo faciẽ gypsãtium irridet *epig.* 2.9. *Antholog.* Grecæ, latinè redditæ hoc modo

Sæpe caput tingis, nunquam tincturà senectam
Nunquam rugosas explicitura genas
Desine jam faciem stibio depingere totã
Persona est enim nunc tibi, nõ facies
Nil habes hinc lucri, quæ est hæc dementia fucus?
Et color haud Ecubam fecerit unquam Helenam.

Adde quæ *Martial. profert epig.* 43. *lib.*3. & sparsim *Seneca* de *Personatis*, Quod si artem ediscere cupias vultũ manus, capillosq; colore aliquamdiu durabili tingendi, consule *P. Casp. Scottum p.*1. *lib.*5. *Chrom.* 12. univers. *Magiæ.*

Verecundia non minus *Larvis* occasionem præbuit *Servio* teste ad *Virgil.* Et protritum olim Adagium *Personam habere non faciem*, quo uti-

tur quiſquis nimium liber eſt objurgando in vulgari ſenſu. *Ulpianus Rhetor* cum de *Epicrate à Demoſthene* notato, quod abſq; *Larva* in feſtis accumberet, ipſius impudentiam demonſtrans, *abſq; Perſona* dixit, & cauſam reddidit, cum in Feſtis volentes irridere, geſtarent *Perſonas* ne pudefierent. Breviator *Dionis* retulit *Neronem* prȩclaros Viros præ pudore perſonatos ſpectaculis inſervientes, *Perſonas* deponere juſſiſſe, Hiſtrionum apparatu, eos detegens hominib. apud quos ipſi paulo antè Magiſtratum geſſerant. Nos quoq; jam in Urbe jucundè vidimus patefactum ab illuſtri fȩmina Virum quēdam Patricii ordinis Romanum annoſum, in Aula Regii Legati ad Choreas deductum; illa enim facie ſimulaverat nimium caluiſſe, ideoq; *Larvam* exuit, & ſocios ad idem blanditiis impulit. Scitè *Valer. max.* 2. 5. *Perſonarum uſum Pudorem Temulentiȩ circumventæ cauſam habere* ſcripſit.

Perſonarum, ſeu *Larvarum* mos certè multiplex, & varius. In *Feſtorū* hi-

hilaritate, sive *Bacchanalium*, quorum institutio ex recentioribus: sive *Liberalium* ad Liberi Patris honorem, & Vinearum proventum: in *Græcia* quidem Decembri vel Januario, *Romæ* post Veris exordia, cum Vina à fęcibus fiebant exempta, de quibus *Valer.* quoq; 2. 5. Et tunc per summam licentiam *Persona* quæcumq; repræsentabatur ex *Herodiano* jam laudato, & *Alex. ab Alex.* 16. 19. Quem morem Rustici Vindemiatores per Italiam, ac Germaniam libentissime imitantur. In *Epiphania* Domini similiter apud nostrates aliosq; Larvale simulacrum suspenditur, quod pueris terriculamento est, sæpe tamẽ jucundo, ac feraci, vulgò *la Befana*; ex quo deformes mulieres eaq; turpiores ita appellantur. Nescimus tamen cur potius ex *Gallica* voce *Tifaine Octavius Ferrarius pag.* 48. Operis laudati, quam ex priori quoque *Græca*, & communi Ecclesiæ Romanæ, ipsam derivet. Alicubi, ut olim in similibus Festivitatib; servi, ac Domini Vestes vicissim permutant. De iis, post *Lucian.* & *Macrobium*, *Vuolf-*
 gang.

gang.*Latius* 10.9. Aptè *Virgil*.videndus *Georg*.2.poſt med.ibi

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proſcenia Ludi.

Et paulò poſt

Necnon Auſonii Troja gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto
Utraq; corticibus ſumunt horrenda cavatis.

Ubi de Athenienſium Ludis veteribus, præmio Hirci propoſito antequam à Theſeo in Urbem redigerētur, qui ad Italos fluxere, in honorē quoq; Liberi patris, quos carminibus inconditis, riſu *Larviſq;* celebrabant, uti puſt *Servium* ſupra enunciatum, egregiè *Farnab*. *Pontanus*, ac *Cerda*.

Quod apertiùs, ex *Ovidio ſeq. cap.* demonſtrabimus.

E Platonicorum ſecta egregiè *Apulejus* 11. Metamorph. *Perſonatorum* formam exprimit: ibiq; adnotat noſter Præceptor dulcis memoriæ

riȩ Vir omnibus numeris eruditus. Jo: *Pricæus* Equestris ordinis Anglo-Britãnus. De sacris *Bonȩ Deæ* cum hujusmodi *Larvis* consulendus est *Jacobonius* ille, qui de *Veteri Cȩsiorum Gente* Historiam edidit. Non tamen spernenda Satyra *Juvenalis* 2. De *Herculis* sacris *Plutarch. quæst.* 58. De *Venere* apud Ciprios mare existimata, ac Barbata *Macrob.* 3. 8.

Imò si fuissent *Nocturnæ Bacchationes*, eadem forma, tunc iis Veteres gavisi, ex *Aelian. var. Hist.* 9. 29. apud quem Adolescentes nequam & scelesti insidiis clam, accensis cum facibus, & Furiarum personis, post cȩnã, & concubia Socratem nocte revertẽtem expectarunt: ipse verò eos aspexit imperturbatus. De *Verris* nequitia *Cicero Orat.* 6. quod *Reticulum ad nares sibi admovebat lino tenuissimo, & minutis maculis plenum Rosæ*. De Alexandria Thus interpolante *Plin. Hist.* 12. 14. De *Nerone Xiphilin.* ac *Tacit.* De aliis alii.

E contra, muliebrem vestem induere *Licii* prȩsertim, in Luctu, id observante *Valer. Max.* 2. 6. post *Plutarch.*

In *Funeribus*, ac *Apotheosi* Virorũ fama pręstantium *Personas* ducebãt cum Iconibus Cęsarum non semel, testibus *Halicarnasseo*, *Herodiano*, ac *Suetonio*.

Quibus addere possemus, non tanquam propriè *Máscheras*, sed instar illarum, Tegumenta quasi Cartacea crassissima, humanam faciem usq; ad femur referẽtia, symbolis quãplurimis Ethnicorum anteorsum, ac retrorsũ fulta, ac deaurata pulcherrima *Mummiarũ Aegyptiacarum*. Ea voce *Galbanæ*, & apud *D. August.* 1. *de Resurrect. Mortuor.* 12. sicca enim, & ænea reddebant corpora, maxima profecto cura, cum soli Resurrectionem crederent. De quibus nonnihil amicus veteris memorię P. *Athanas. Kircherius* in suo libro de *Mummiis*, & prius *Petrus à Valle* in *Itinerario* admodum erudito, & curioso; ex cujus Musęo Tegumentum simile valde rarum duorum millium circiter annorum ad *Cl. V.* Jo: *Petri Bellorij* Antiquarium feliciter nunc videmus deductũ, cui utinam per otium potuissemus lucem aliquam tribuere.

In

In Triumphis mos primus *Athænienſium* fuit: *Priuſquam*: verba ſunt *Zonaræ* in *Diocletiano*, *ſcenici Perſonas excogitaſſent, ficulneis foliis facie velati, dicteria verſibus Jambicis proferebant: quam licentiam, & milites in Victoriæ feſtivitate eodem ornatu in Victores uſurpabant*. Similia *Larvarum* ſtratagemata ad circumveniendos Hoſtes, & promerendos triumphales plauſus referunt *Frontinus*, & *Polyænus*: pręſertim quod Validiores in fęmineam ſeſe componerent veſtem, quemadmodum verſutus fuit *Hannibal* in ſpurio capillitio, ac muliebriũ veſtium uſu ex *Polybio*. Nec diſſimilia excogitaſſe *Aethiopas* narrat *Alex. ab Alex. lib.* 15. quemadmodũ *Arios* Germanię Gentes in *Tacito* de ipſorum Moribus. *Bonfinius* autem *Hunnos*, vel *Pannones* hirſutis pellibus indutos, barbis demiſsis, ac intonſis crinibus. *Solin. cap.* 35. de *Britannis* iis planè verbis: *Per Artifices plagarum figuras jam inde à pueris varię Animalium effigies incorporantur, inſcriptiſq; viſceribus hominis, incremento pigmenti notæ creſcunt*. Bre-

vius *Cęsar* oculatus testis, ac Historicus eximius *lib.* 5. Glasto scribit eos se infecisse, materia quę cęruleum efformabat colorem, causam reddens, ut hoc modo *horribiliori essent in pugna aspectu*. De *Longobardis* mulieribus; vel notat, vel ludit *Paul. Diacon.* quod capillos in modum Barbę cõponerent. Alios autem Animalium pellibus indutos *Mariscottus* refert in suo *Syntagm.* de *Personis cap.* 6. Imò *Heroes, Philosophi* & *Ascetę* pellibus, & ferarum spoliis induti, narrãtibus id *Strabone lib.* 17. *Apollonii Scholiaste. Marone* 8. *Aeneid. Ovid.* 3. *Metam. Isid. Pelusiota lib.* 1. *ep.* 473. *Jacobo Põtano Philocal.* 5. 20. *& seqq. Rhodigin. pag.* 1504. *Voss. Theol. Gentil.* 3- 70. *Casaubono Exerc.* 13. *nu.* 12. *& Amico Jucundiss. Ezech. Spãheim. Dissert. de Prest. & Vsu Numism.* 4. *pag.* 345. Serenissimi *Austrię Archiduces* jamjam in templo D. Stephani Vindobonę Leonum pellibus involuti, ac sepulti comperiuntur. Quę Pelles Xeniorum loco Hospitibus, & Principum Legatis uti Amicitię symbola donata patet hodie apud Moscos: & meminere

Apol-

Apollon.Curtius, ac prȩsertim *Homerus*. Vide *Paſchal.de Coronis* 9. 2. 5. Nos *Urſorum* pelles, junctis pedibus & capite ad humani corporis partes adhibitas, frigoris per majorem anni tempeſtatem communiter arcendi gratia ſub zona frigida, in Regno *Norvegiȩ*, ſatis obſervavimus. De Muribus Ponticis vulgò *Armellinis* in Moſcovia *Magius Miſcella*.3.7.*pag*. 142. Quȩ tamen exempla, quiq; mores, ad *Larvarum* perſtrictam materiam, haud facere putamus.


In *Conviviis* quidem, tum privatis tum publicis Veteres *Larvis* uſi: quȩmadmodum videre eſt apud *Stuchium* in percelebri opere de *Conviviis Antiquorum*. Athenienſium morem *Athenæus* indigitat 12. *Alexandri* exemplo in opipara menſa, purpuream nunc *Hammonis* veſtem, & cornua tanquam Deum geſtantis, modò *Herculem*, *Dianam*, ac *Mercurium* effingentis. De Romanis fidem facit *Sueton.* in *Auguſti* Vita epulum amicis parantis, Deorum Dearumq; habitu exornatis *Ep*.4. *cap*.70. Hinc *Demoſthenes* de *Falſa* Legat. *Cerybioni*

 ob-

objecit crimen, quod *in solemnitatibus absq; persona comessaretur*. At legende *Plinii* Epistole 15.1.*&* 36.*lib.* 9. Ad que Convivia aptissimi *Chironomi* vocati ex theatro, manuum & digitorum motibus, & forsan personati plura exprimentes, qui ad symphoniam aves presertim, & reliqua obsonia scissorio gladio dividebant. De iis *Lucian.* *Petronius*; & *Juvenal.* *sat.*5.*vers.*121.

Structorem interea, ne qua indignatio desit
Saltantem videat,& Chironomanta volanti
Cultello ——

Alia profert *sat.*6.*v.*63.



CA-

CAPUT III.

De Maſcheris *Antiquitùs in Baccha-nalibus.*

SImilia, ac multiplicia fuere *Feſta* Paganorum olim inſaniam nimis demonſtrantia. *Saturnalia* in quibus,ut innuimus, ſervi præſertim in Dominos,in fęminas Viri,ac verſa vice laruabantur. Ea vero Januarii Kalendis Romę celebrata:poſtmodũ autem in Franciam,ſive *Franconiam*, Germanorum Provinciam infęlici ſortę deducta conquęritur in *Epiſtolis ad Zachariam Pontificem D. Bonifacius* Gentis hujus celeberrimus Apoſtolus. *Perſis* haud diſſimile *Saccarum* feſtum, quo Regali veſte per quinq; dies ſervi Dominis imperabant,ac familię præerant.*Athenæ.* 12. ex *Beroſo*. Deſcripſit illud *Chryſoſt.Dio de Regno Orat.*4.inducẽs *Diogenem* ſerioludicrè *Alexandrum* alloquentem.

Iiſdem quoq; Kalendis *Ceruulæ*, ſeu *Ceruuli* feſtivæ diei nomine, cum Animalium faciebus Gentiles ſeſe

lar-

Digitized by Google

larvabant, *Silenos*, & *Satyros* villosis vestibus representabant, ut apud *Dionys. Halicarn. Hist. Rom. 7.* Quibus Christiani, uti solemnitati Demoniacæ, triennalem pœnitentiam imposuere. Sic *ex Codice Andegavensi* & pleniùs laudabilis memoriȩ amicus noster *D. Dominicus Macer in Hierolexico*, & hoc verbo *fol.* 143.

Proxima iis *Brumalia*, & hæc duplicia, in Novembri scilicet *Brumio*, vel Bromio, *Baccho* autem sacra, ut Eruditiss. *Ludovicus La Cerda* interpretatur ad *Tertull.* in de *Idololat.* In Decembri quoq; soli ad Hibernũ solstitium. Idem *Tertull.* ad *Vxorem* 2. *Incipiente anno*, inquit, *incipiente mense nidore thuris agitantur*; quo tẽpore *D. Jo. Chrysost. Homil. de Novilunιis* superstitionem Romanorum affert iis verbis: *Putabant, si Novilunium mensis hujus cum Voluptate transigant, reliquum annum se ita transacturos.*

De solemni *Bacchantium* more *Valer. Max. p.* 1. scribit *Bacchanalium sacrorum mos nouus institutus, cum ad perniciem iretur sublatus est.* Quem ex-

explicat de *Chariclea Heliodor. lib. 1. Hist. Aethiop.* ibi. *Et capillos sub corona Bacchico more jactaretur, & magnam tergi partem occuparet.* Idemq; similiter *lib. 6. Bacchico furore percita capillos solvit, nihil illis parcens, & vestem scidit.* Fusiùs damnandam cõsuetudinem prodit *Pachorus in vita D. Joannis cap. 39.* ubi *Mos erat*, inquit, *in solemni quadam die constituta, Viros & Mulieres sine pueris introire, & bibere, ac manducare. post crapulã impetum ad alterutrum facere more insanientium Equorum, & per insanũ desiderium Viros cum mulierib. succumbere.* Cum Baccho enim, ac Cerere Venerem calescere Adagium est protritum.

Nonnulla ad rem pręfatus *P. La Cerda*, videndus in *cap. 37. Apologetici Tertulliani Versic. Ipsis Bacchanalium Furiis, nec mortuis parcunt Christianis.* De plurima hujus festi Insania *D. August. 6. 9. & 6. 21. de Civit. Dei. Jul. Firmicus* in suo *de Errore profan. Relig.* & ex recentioribus preter *Pighium*, ac *Turnebum*, *Barth. 2. Ableg. Critic. & Erhard. in symbol.*

ad

ad Petron. fol. 556. Quem impium prorsùs ritum in mutuo, ac pudendo Virorum, ac Mulierum congressu fędè imitari in *Anglia*, & *Batauia*, Acatholicorũ nonnullos, in Peregrinatione nostra ægrè audivimus. Utraq; Regio quidem fęlicissima, si Deo, & Principi fidelior: ad quarum alteram, veluti superbientem suis Navigationibus Græciam, & cum prima certantem (ex *Grotio*, & *Seldeno* in *Mari clauso*, ac *libero*) illud *Actii Sinceri Sannazarii* de Urbe *Veneta* transtulit egregiè *Christ. Ad. Rupertus* in suis *ad Val. Max. Dissert.* 2. 6. *pag.* 163. hoc mellito Epigrammate

Viderat eois Hollãdos Thetys in Vndis
Orbis, & Occidui figere signa vado:
Nunc mihi florentes quantumvis Pallas Athenas
Obiice, & adventu Colchide vellus, ait;
Sic sinus Oceano major; populum adspice utrumq;
Ripa illum dices, hũc volitare mari.

Non dissita *Lupercalia* festa Februario mense. De iis *Plutarch.* in *Cæsare* scriptum reliquit *Multi ex* No-

Nobilibus, & claris Juvenibus nudi per Vrbem discursant, & scuticis hirsutis obvios per Lusum, & risum cædunt. Quin etiam multæ in primis claræ mulieres data opera illis obviam eunt, & se ipsas plagis tanquam in schola offerunt, manus his præbentes: persuasæ eas plagas prægnantibus ad facilitatem partus, sterilibus verò ad fœcunditatem proficere. Similia apud *Ovid. Fastor.* II. Hìnc *Larvæ* Romanis invētę, de quibus *Cicero, ad Attic. Quid est hoc? quid est autem quod ego personatus ambulem?* Gravitas enim tunc temporis erat remissa, quemadmodum legimus de Catone saltante in communi hilaritate: Clarissime notat *Herodianus* passim ludendi licentiam permissam, sic ut *Persona* indueretur quę cuiq; libuerat, nullaq; indicta, nec Magistratuũ quoq; Imago, prout cujusque studium repræsētabat. *Ludos Romanos* quosq; tum publicos, tum privatos explicat *Jul. Barbaran.* in suo *Promptuar. Rer. Quamplur. to. I. tit.* 15. *pag.* 205. & 215. Quorum præsertim causa innumerabiles Feriæ, favente sacro no-

strę

ſtræ Religionis cultu, in *l. Dominico de Spectacul. Theodoſ. Cod.* ſublatæ fuere. *Barnab. Briſſonius* ſapientiſſimè ad eum textum, & ad *L. omnes dies* ibid. *pag. mihi* 376. ubi & benè *Jacob. Gothofred.*

Videmus itaq; plurium *Feſtorum* moris conſenſum, cunctorum autem ſtultitiam, Ethnicamq; Impietatem: undè à nonnullis forſan hujuſmodi gaudia veſana, vocitata ſunt *Bacchanalia*, vocabulo ex Philoſophorũ ſenſu nimis generico. Verum primęvam *Bacchanalium* ſolemnitatem agnovit in Aegypto *Herodotus in Euterpe*, mulieribus iis fœdiſſimam *Phalli*, mentulæ ſcilicet, ſeu impudicam Virilis membri imaginem, cum *Larva* circumgeſtantibus, ne omnimoda frudarentur libertate. Quod actum, papiraceo cum tegumento facie velata, hederæq; corona adhibita, ex *Plutarco*, & *Paſchalio de Coronis*. Omninò in Gentilium ſuperſtitioſis ritibus originem animadvertit *Polydor. Vergil.* Plura apud *Livium lib.* 39. Quam Obſcenitatem, aliaſq; Feſti Impudicitias à recentiori *Fra-*

ti-

Digitized by Google

ticellorum Hæresi parum distare fatetur *P. Philippi Jacob. Bergomensis in Supplemento Chronic. lib. 13. fol. mihi* 310.

Ab *Aegyptiis* vero *Bacchanalia* mutuatos *Israelitas*, volũt Interpretes Divinæ paginæ, cultum præstantibus Judæis Idolo *Astaroth*, seu *Astarti*, quod *Tullius*, & *Plautus* pro *Venere* sumpserunt, & *Salomon* met fano ædificato, ad exemplum humanę superbiæ, ac Infirmitatis, veneratus est, fędissimisq; *Priapi* sacris honorem ferentibus. Percurrantur sacrorum Bibliorum Textus 1. *Reg*. 15. *vers*. 13. & *Judic*. 2. 13. *ac* 3. 7. & *rursus* 10. 6.

Insanas Festi cęremonias *Ovid*. describit *Metam*. 6. *v*. 592.

Tempus erat quo sacra solent Trieterica Bacchi, &c.

Perlucidè vero paulo post ibi:

Vitæ caput tegitur, lateri cervina sinistro
Vellera dependent humero levis incubat hasta.

Quod priùs egerat ejusdem Heroici, seu Admirabilis Operis *lib*. 4.

Pectora pelle tegi, crinales solvere Vittas

Ser-

Serta comis manibus, frondentes sumere thyrsos, &c.

Statius de *Bacchantibus* paucis verbis *Thebaid.2.*

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Hęc autem sic vetus Scholiastes interpretatur: *Criminosè viuunt*, idest *sub severitatis figmento impudici sunt;* Nam sacra *Bacchanalia* ex iis condēnata sūt Lutetiæ Parisior. *S.C.Pythæo* teste; cum probatum esset Fęminas honestissimas ad stimula Deæ Lucum, fæde Adulterio maculatas. Fusiùs ad eundem *Statii* locum *Gaspar Barthius*, nimiam referens licentiam, & scelera potissimum nocturna, quæ narrantur à *Tacit. Histor.2.* & benè distinguuntur à *Gelen. Advers. cap.11. Livii lib.44.*

Obstupuit non parum *Tertullian. advers. Gentes* in cit. *Apologet.* admisisse Christianos illa etiam tempestate, quod prorsùs è Republica jam exegerant Romani. Quam eliminandam audaciam ostendit viribus Aphricanę Eloquentię: *Theodorus Studita* ex Orientali Ecclesia *Fratres*

Pa-

Patresq; præsentes pleriq; ferias appellant per quas helluentur, vinoque bacchentur ; ignari abstinentiam eos profiteri carmiũ, non crapulę, & Ebrietatis functionem. Nam id Græcarum Feriarum proprium est Christianorum uti frugalitate, nec corporis pro libidinibus curam gerere, quemadmodum Apostolus docet. Sed agat sane ut lubet Mundus, quæ in legem abierit Insaniæ; Nos intemperantiam Fratres, vel iis quæ tam vesci est permissum fugiamus, scientes eam esse peccati matrem. Monitum certè pium, & sectandum. De *Choreis* nonnulla collegit *P. Novarin. in schediasm. sacr. proph.* 3. 25. 128. & 133.

Adversus *Balandi*, seu *saltandi* consuetudinem, si scire quicquam lubet, pervolue *Athenæum* 14. 7. ibiq; *Jacob. Dadechampii Annot. & Is. Casaub. Animadv.* & ex recentiorib. *Jul. Barbaran.* alias citat. *in Promptuar. to.* 1. *tit.* 16. *fo.* 212. ubi de variis. Ante fores Ecclesię, de Paganorum ritu emanatam egregiè quęritur *D. Augustin.* de *Tempore serm.* 15. & 2. *de Doct. Christ.* 25. de Histrionum saltu ha-

habet plura. *Sanctus* autem *Ephrem serm.de Ludis* exclamat: *Vbi Citharæ, aut Chori, aut plausus manuum, ibi Virorum tenebræ, mulierum perditio, Angelorum tristitia, & Diaboli festa. D. Andreas Cretens. Orat. de Amput. Capitis S.Jo:Bapt. Qua non est plenum,* inquit, *corpus turpitudine, quod celeriter movetur, & membra, quæ tanquã turbo notantur? Quæ sunt revera simulacra eorum qui sunt correpti à Dæmone.* Hinc sapientissimus Aragonum *Rex Alphonsus*, referente *Panormit.* 1. 45. *Saltatorem ab insano nihil differre inquiebat, nisi quod hic dum saltat, ille dum vivit insanus est.* De saltu *David* ante Arcam ex affectu Cordis Elaboratus. *Abulens.* 2. *Reg.* 6. 19. & 1. *Paralip.* 15. 42. ac *Salianus* mundi anno 2990. *num.* 47. & 48. Alias & in nuptiis cuilibet Christiano *Laodic. Concil.* vetuit. Utinam hodie quisq; potissimum apud alienigenas profana hilaritate deceptus legeret, ac edisceret!

Modernum *Carnisprivium*, vulgo *Carnevale* ex ejusmodi Insaniis olim effluxit. Mores illaudabiles recitat

Ni-

Digitized by Google

Nicephor. Gregoras in Vita *Andronici* senioris qui sedit in Imperio anno circiter 1281. *Carnis privium instabat, cum lautioribus conviviis, & poculis dediti mortales, & Vini intemperantia facilius ad seditiones concitantur.* Apertè initium sumpsisse à *Lupercalibus*, vel *saturnalibus*, *Quinquatris*, vel *Megalensibus Langlęus* I. C. ac Philologus opinatur. Vel à *Majuma*, de quo singularem habemus textum in *Cod. Theodosii Cæsaris*, ubi vide omninò Eruditissimum Jacob. *Gothofredum*. Nonnihil indigitat *Marescott.* in fine sui *Syntagmatis.*

Prępfatorum Criminum ortum id sentiens attigit *P. Baptista Mantuanus* in *Fastis* ibi

Roma Lupercales ludos antiquitus isto
Mense celebrabat. posita gravitate per Vrbis
Compita versabant stolidi sine veste Luperci.

Cęterùm curiosa legenda sunt cótra cętus nocturnos, & larvatos apud *Riccobon. de Gymnas. Patavino lib. 6. cap. 13.* ubi certe nimia fruuntur libertate, ex Cellissimi Senatus indulgen-

gentia, Studiosi: & *Borell. de Magistrat.* *3. cap. 9. & seqq.*

De Veteribus *Gallis Theodoricus* Abbas in vita D. Bernardi *Prope erat sacrum Quadragesimę tempus, cum omnes fere juvenes dediti militiæ sæcu-lari circumibant quærentes execrabi-les Nundinas, quas vulgo Tornetas vocant* (hodie Torneamenta) *Cæpit ergo ab eis petere S. Bernardus, ne intra paucos dies, qui ante Quadragesimam supererant, armis uterentur, ac nè qui-dem Larvis, per Canonem Cõcilii Rhe-mensis interdictis.*

Hujus temporis licentiam coer-cendam studuit *D. Carol. Borromæus* exemplo motus *D. Bernardi*, & sacro-rum Canonum edoctus pręceptis *Concil. Laodicen.* 53. & *Dachar.* 80. Unde *Patres Societatis*, laudabili, & proficua sanè consuetudine, in suis templis, musicis cantionibus sacrisq; sermonibus interpositis, fundunt Pre-ces ante *Venerabilem Eucharistiam* publico ritu expositã postremo *Car-nis privii* triduo, quod pręcedit sacro-rum Feriam quartam Cinerum, ad compescendam humanam frenesim,

& Di-

Digitized by Google

& Divinam Iracundiam placãdam.

Religiosis hominibus vitam celibem professis acceptissimas præfixere Fundatores pro eo tempore sanctiones: quemadmodum videre est apud *Carmelitas p. 3. constit. c. 6. nu. 8.* Fratres *Divi Augustini Eremit. 6. p. constit. cap. 13.* S. Francisci pro *Familia Cismontana* Constitutiones Generales *cap. 2. pag. 43.* Urbanas *Conventualium cap. 5. Reg. tit. 17. nu. 3.* & aliorum, de quibus abundè *D. Francisc. Maria Maggius* ex Clericis Regularibus in suo *De Sacris Cæremoniis to. 2. Opus. 2. Disquis. 29.* Vitanda enim, Religiosis præsertim Viris, sunt spectacula, & multo magis, *Larvæ*, ac *Personæ*. Quod sanũ consiliũ cũctis quoq; fidelibus ipsimet Hęretici pręstitere, inter quos *Christ. Besold.* in *Discurs. Polit. to. 2. de Educatione*: & damnatissimus aliàs *Philipp. Melancth. Declam. to. 5. Gymnas. p. 2. sect. 2. de Exerc. Academ.* Nec minus *Doctor Salomon Gesnerus* in *Orat.* Hamburgi dicta anno 1636. ac typis data *De Personis, sive Larvis, &c.*

Materiæ *Bacchanalium*, ad Ethnicam ſuperſtitionem priſcam, lumen præſtant non modicum Vetuſtatis inſtrumenta non obſcura, in Opere nouiſſimo typis Romanis diligenter exciſo, & ſic inſcripto: *Lucerne Antiche Intagliate da Pietro Santi Bartoli, con le Annotationi di Gio: Pietro Bellori*. Plura de iis, moraliter etiam, ac Philoſophicè tradit *Octavius Magnanini* Italicè *Nel Gualengo, ò Del Convito p. 2.* Ferrariæ impreſſo anno 1641.

CAPUT IV.

De Maſcheris in Hiſtrionica.

INter Ludricas Artes Antiqui locum dedere *Hiſtrionicæ*. Ea vero *Tragædiis* plurimum ſplendoris attulit, in qua commendatur quoque *Aeſchylus* Tibicen; ſiquidem canendi, & ſaltandi partes diſtinxit, quæ in uno tantum Tragico Hiſtrione jungebantur, tribus rebus, Cãtu ſcilicet, Harmonia, & Saltu ludum componente, ut *Ariſtoteles* meminit

agens

agens de *Dithyrambicis*. Imitatus id fuit *Sophocles* in distinctione Saltatoris. Tribus autem personis fabulam absolutam docuit *Horat. in Arte* ibi.

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit, nec quarta loqui persona laboret,

& si quartam sæpe, & quintam admissam notaverit ponderosus Glossator *Donatus*. Omnium linguarum usu, id jubente *Jul. Cæsare* de quo *Sueton.* 39. nec dissentiendo à *Prestigiatoribus, Circulatoribus*, ac *Funambulis*, quos ex Patribus explicat *Novarin. Sched. sacro proph.* 9. 99.

Histrionum apparatum, *Choragiũ Thymelicum* vocavit *in Apol. prior. Apulejus*; & benè, cum Gesticulatores, & Mimi, *Thymelici* græcè dicti sint. De qua voce *Suidas, Hesychius. Plutarch. de Orac. Pyth. in Polit. præcep. ac in Alexand.* & *D. Aug.* 6. *de Civ. Dei* 7. ii nempe qui aptabantur Orchestræ, quæ Chori pars erat in Theatro, aut supra mẽsam stabant in foro, Canentes ad Theatralia invitã-

tes ex *Rhodigin*. 8. 8. Vel qui ludentibus ministrabant *l. Athletas ff. de his qui not.* & propriè *Mimi* in Jure Pontificio per *Gloss. in can. non oportet il 2. de Consecr. dis. 5.* quorum Tribunus *Archimimus* ex *Anastas. Biblioth. in Collat. S. Martini Papæ, & M.* Mensa erat siquidem pro Bellariis, aut rebus, Aromaticis, *Araque* una vel duplex, presertim *Apollinea*, à qua tanquam à loco refugii, nefas arceri. *Pollux. Rhodigin. 6. 17. Taubman ad Plaut. pag. 572.*

Verùm, elata, & contenta voce *Histriones* exhibebant, quæ cothurno quoq; grandi à Poeta exprimebantur, cum in *Tragædiis* eximię res agerentur. Quorum canendi formam quidem mollem à *Beza* inventam, & à Patrib. improbatam ex *Baronio to.* 1. *anno* 60. Calvinistæ audacter imitantur. Egregiè materiam subsumptam *Jul. Cæs. Bulenger.* in *de Theatro* explicat 146. & 54. ubi refert *Mascheras* ore hianti, ut supra tetigimus, & cavo fuisse. *Prudētio* 1. *in Symmach.* dictante iis versibus

Vt Tragicus cantor ligno tegit ora cavato *Gran.*

Grande aliquid, cujus per hiatum
carmen anelet.

Propterea forsan observavit *Dio Chrysost. Orat.* 4. *de Regno*, *Histriones acutum, & contentum, penetransq; clamare.* Consule post *Lips. de Theatro Rittersh.* 5. *sacr. Lect.* 2.

Occurrunt tamen, ex Antiquitatis pœnu, & aliæ *Larvæ*, quæ non faciem tantum, verùm etiam universam capitis rotunditatem operiebant; adaptato Galericulo, seu *Capillitio*, à vertice ad cervicem. Has præcipuè adhibebant, in Choris Comicis, ac Tragicis, obducto capite ad similitudinem Actorum; deque his intellexisse videtur *Lucianus* in Dialogo de *Saltatione*, tragicam personam describens: *caput Larva minaci obductũ.* Similes *Larvas Histrionibus* Tragicis inservisse credibile est, *Anguicomarũ Furiarum*, & *Gorgonum* personas agẽtibus. In Comicis verò choris, Orgiis, & Satyricis Saltationibus earũdem *Larvarum* frequens fuit usus, cum sæpè insculptæ pateant in antiquis lapidibus, *Silenos*, *Satyrosque* mentientes. Exemplar habes in Gẽ-

mis *Leonardi Augustini* secundæ editionis *parte prima num.* 22. & 23. quarum altera *Larva Faunum*, seu potiùs *Silenum juvenem*, altera *Silenum senem* cum calvitio, ac universo capitis tegumēto repræsentat; Utraque omninò hisce nostris affinis, quas marmori sculptas ex Musæo *V.C L.Io:Petri Bellorii* postremis paginis dabimus; aliæ verò in Illustribus *Fulvii Vrsini* Imaginibus, & Vetustis monumentis videri poterunt.

Sic in locupleti *Romanæ Antiquitatis* Fragmentorum, Egregii Sculptoris Jo:*Petri Mauri*, propè *Minervæ* in Urbe fanum officina, *Cæmeterium lapideum* per ipsum appellata, infectum redditum imberbis pueri sinciput, similis formę grandiorem sibi *Larvam*, elevata sinistra, immittētis, Canicularibus jam excurrentibus Diebus vidimus, in *Maximi Circi* ruderibus, fertilibus semper, ut fuit relatum nuper effossum: quod in Vulgus Philologicum edere minimè pręstat.

Theatrales formę hujus *Larvæ*, qua-





Digitized by Google

qu
Lu
Co
to
Ba
an
ſta
tra
tiſſ
Pra
que
fac
acl
Lan
Ro
me
rec
der

lau
ſeu
nu
tra
La
vic
de
ſtr
me

Digitized by Google

quatuor numero, in antiquę testaceę *Lucernæ* solea, percelebris, ignoti Comici memorię dicatę, in satis culto Insignis Cęlatoris *Petri Sanctii Bartoli* Musęo *Romæ* visuntur; quę ab anno 1691. typis Italicè ibi prostant in, *Delle Antiche Lucerne sepolcrali figurate fol.* 16. ab eodemq; sciētissimo *Bellorio* Antiquitatum Urbis Præfecto, diligenter expositę. Pluresque simplices *Bacchantium* larvales facies in vase quodam vetustissimo, ac lapideo in *Excellentiss. D. Ducis Lantes*, propè *D. Pancratii* portam Romani Viridarii Palatio, & alibi *Romę*, ut in ejusdem, Veteris ac novę recenti, anni 1687., descriptione videri potest.

Vir summus *Fulvius Vrsinus* jam laudatus, curiosum ediderat Poetę, seu Comędi in tabula sedentis monumentum, *Larvamq;* è mensa detractam, super qua positę alię duę *Larvæ* intuentis. Ad quem facere videbatur *Plinii* Historici locus ille de *M. Ofilio Hilaro* Comędiarum *Histrione* qui, cum populari gustui admodum arrisisset, die natali suo,

convivio exhibito, Personam tunc usurpatam intuens, Coronam è capite suo met in eam transtulit, eoque habitu videns, nullo sentiente expirauit. Maximo profectò honore *Histrionibus* fuere olim *Personæ*: ideoq; theatralis applausus Gloriam illis quasi acceptam referebant. Idem sacrosanctę Vetustatis Iconismus in *Veterum Illustrium Philosophorum, Poetarum, Rhetorum, ac Oratorum Imagines* ex *Nummis*, &c. cum selectis ejusd. *D. Bellorii* scholiis repetitus usq; ab anno 1685. Romana editione pręstantissima, conspicitur *fol.* 69. Ubi quoq; 70. *fol. Sileni, ac Dionysiacæ Personę* eleganter expressę.

Vidimus non semel, in Vetustissimi Vaticani Codicis, non indiligenti manu exarati prospectu, ac Illustrissimi Comici *Terentii* Opera fide referẽtis, ipsius egregiè pictam Imaginem, à *Davo*, alioq; servo sat noto, Larvali Veste, ac Facie, hiatuq; Personę pallentis, quemadmodum initio ex verbis Satyrici innuimus, sustineri.

Ob hujusmodi Artẽ usumque *Histrio-*

ſtrionicum ſolitas olim concedi Statuas comperimus, æreas, vel marmoreas, quas accepere, non mopo Ludii, ac *Hiſtriones*, ſed Aurigatores, cæterique Circenſium certaminum Victores. Probat clariſſimè *Emundus Figrelius* Hiſtoriæ in *Academia Upſalienſi* Profeſſor in ſuo *De Statuis Illuſtrium Romanorum cap.* 13. *Holmiæ* impreſſo, qui de Habitu, ac Geſtu illarum plurima profert *cap.* 19. Cauſa enim, ſive Statuarum finis, quemadmodum *Caſſiodor. habet* 3. *Var.* 15. *Gloria fuit, ac memoria diuturnitatis eorum, qui inſigniter, vel de Republica meriti erant, vel Ingenii dotibus claruerunt, vel opus aliquod clarum edidere*. Idemque ipſemet 8.2. & vide *to.tit. C.de Statuis, & Imaginib.* Speciei hujus nonnullas videmus, præſertim *Romæ*, ac marmoreas, ſtanteſque, dextera, vel ſiniſtra geſtantes *Maſcheram*, in *Capitolio*, in *Aedibus Juſtinianeis*, ac in cõſitis Principũ Romariis. Capitolina quidem, in Palatii Conſularis gradibus, de qua in recẽti deſcriptione mẽtio. Sculptoriam Artem pollentibus viſa eſt

affabrè elaborata, *Musamq;* refert ex iis, quarum inventa, ac munera *Auson. Edyl.* vicesimo iis recitat versibus

Melpomene tragico proclamat mæsta boatu (*Thalia.*
Comica lascivo gaudet sermone,

Nec dissimiles Numinum imagines apud *Chartar. fol.* 29.

Extat *Mareni* in scalis Dominorum in basi Inscriptio relata per *Gruterum to. 2. pag.* 1089. *num. 6. L. Acilii Nobilis Archimimi Comm. Memorum adlecti, diurni, Parasiti, Apoll. Tragici Comici primi sui temporis, & omnib. corporibus ad scenam Honor. Decurionis, &c.* quam vide. Nec preteri, ob pręclara quidē merita, exempla haud pauca magnanimę Statuarum Renunciationis, typo Italico è tenebris vindicata per *D. Andream Borbonium* Senen. Theologum.

Non tamen, & apud Ethnicos, magni habita *Histrionica;* Ii siquidem, ac *Mimi* à Romanis Civitate indigni putati, ex *Livio, Cicerone, ac Valerio* quorum cuncta flagitia notat *Salvian.* 6. Propterea *Ludovicus Vives*

in

Digitized by Google

in *Institut.Christ.*qui arduam de *Corruptis Disciplinis* materiam sedulò pertractavit:*Necesse erat*,inquit, *Histriones perditissimis fuisse moribus, & deploratę nequitiæ, cum in ea civitate pro civibus non haberentur,cujus erát tam multa millia hominum flagitiosorum, & facinorosorum cives*. Benė discurrit,& concludit. Ipsis quoque, sicut & scenicis impœnitentibus, qui omnes inter infamia notatos compręhenduntur. Legumq; beneficio habentur indigni *vulgatis textibus*, sacra Communio est neganda: Tolluntur Privilegia Clericalia si ad. sint.*cap.1.de Vita,& Hon.Cler. Farinacc.*de *Inquis.*8 97. aliiq; laudati à *Cęs.Panimolle Decis.Eccles.*41.*num.*9. Imò à Principibus, omnes arceri monuit *D.Carol.Act. Mediolan. p.* 1. *fol.*40. *col.*1. Videantur plura apud *Petr.Gregor.Tholosan.Syntagm.jur.p.* 3.*lib.*39.*cap.*11.ac *Ricciull. in de Personis quę in statu reprobo versantur*. Obvium enim est,Virorum, ac fęminarum quisquilias in fabulis inductas,& Larvis adhibitas, adolescentes nempè,asotos, deliros senes, Pa-

rasitos, Lenones, Meretrices; cuncti scenam fędantes, capite, ac ore tectis, preter vocis permittendę viam, coactę quidem ad clamandum, canorosq; sonitus emittendos. Quorum vilis portio, ipsa *Mimica* manuum gestibus expressa, diligenterq; ab Epigrammatario quodam veteri *lib.* 4. *Pytheanorum* descripta, sic concludente

Tot linguę, quot membra Viro; mirabilis ars est,
Quę facit articulos ore silente loqui.

Clericos propterea illam exercentes fędissimam artem puniendos pręscribit *Can.* 24. *Concilii* Quinisexti, seu *Trullani*, ubi calamum acuit Eruditissim. olim in Academia Lovaniensi amicus noster, ac Magyster *P. Christian. Lupus* in *Schol. Concilior. tom.* 1. *fol. mihi* 906. Adversus quos scenicos Ludos, & *Agonales*, Cursus *Circenses*, ac similia Spectaculorum genera, scripsere *D. Cyprianus*, *Augustinus*, & Patres cuncti sępissime; quemadmodum apex Ingeniorum *Tertull.* in libro peculiari superius laudato, honesto tantum Comœdiarum

usu, à *D. Th.* non improbato, ut 2. 2. 168. 3. 3. Porrò tanta fuit Ecclesiæ pro suis filiis cautela, ut in eodem *Concilio*, ac præfato loco statuerit quod; si Clericus ad Nuptias vocetur tunc temporis cum Ludicra ingressa fuerint, etiam minus agendo, & ad deceptionem, ipse surgat ac discedat. *Synodus* quoque *Ravennatensis* sub *Honorio IV*. sancivit quod, missis Joculatoribus, & *Histrionibus* munera emendicaturis ad Clericorum domos, si quid effundant, teneantur duplum restituere Ecclesiæ à qua Beneficium suscipiunt, per ipsas in usus pauperum commutandum. Christianorum Mores è conspectu Gentilium in Ethnicis superstitionibus Bacchantium debent lucere, & maximè Clericorum, quibus optima sors Ecclesiæ Candelabrum. Apud *Columellam* enim, nostro quasi probro, scriptum illud præceptorium; *Absq; Ludicris Artibus, atq; etiam absq; Causidicis* (quod benè notandū) *satis olim fælices fuisse, futurasq; Vrbes fore.*

CA-

CAPUT V.

Vestes Sexui ac Statui contrariæ num licitę?

CUm à lęthali Idolorum cultu *Larvæ* ortum duxerint, frequẽter a Sanctis Patribus vituperantur, *Lactantio* præsertim, *Tertulliano*, *Cypriano*, *Chrysostomo*, *Augustino*, aliisq; In causa est Divina diplicentia omnis vanæ simulationis, quæ primum in Diabolo *Mascherarum* auctore, sub Serpentis cortice in Horto illo Deliciarum innotuit. Et Mulieres in fine sęculi effluxi *Larvis* uti cæptas *Brantomius* testatur in Libro inscripto *Dames Galantes*. Apud *Gallos* forsan, in quorum Aula *Elisabeth* Reginam, & *Caroli IX.* Uxorem nunquam usam, nec ipsa pernegante, aliquam ex ejus ancillis, scripsit Dominus *Bouchel in Biblioth. du Droit Francois sur le Mot Masques*. Habitus profectò indecens, quo fere semper utuntur Larvati, adulterinus in utroque sexu, in sensu *D. August. de Tempo-*

pore. serm. 242. Vestes, quæ dictæ sũt à velando, per *Varron.* & *Rebuff. in l.* 127. *ff. de Verb. sign.* eæ debent esse ut Honestati, ac Necessitati faciant satis. Innuit *D. Cirill. Hieros. Cathec.* 4. Sed videndus *Petr. Greg.* de *Repub.* 4. 11. 5. Alias redeunt Poetarum Fabulę, & quemadmodum *Tass.* 16. 3.

Mirasi quì fra le meonie ancelle
Favoleggiar con la conocchia Alcide.
Mirasi Jole con la destra imbelle
Per isdegno trattar l'arme homicide.

Mores domicilii videntur servandi; quod monuit præceptoriè Jo. *Casa* initio celebris *Galatei*, & *prope fin.* iis Italicis verbis. *I tuoi Panni convien che siano secondo il costume de gli altri di tuo tempo, ò di tua conditione; che noi non habbiam potere di mutar l'usanze à nostro senno; mà il tempo le crea, e consumale altresì il tempo.*

Canon moralis erit, de quo melius infra, in publico Theatro *Mimicos Personarum Habitus*, honestæ recreationis, nec non Exercitationis tantũ gratia admittendos; In priuatis vero quorumlibet, sive nocturnis, siue diur-

diurnis discursationibus minime, exceptis Bacchanalib.vel similib. festis ex Principum indulgentia, per ea quę eleganter, & solide tradit Dominus *Salomon. Gesnerus* in Orat. de *Personis sive* Larvis, *Heduatione, diurna nocturnaq; divagatione, inverecundis locis, Amplexib;* Saltatione, *Aleaq; Bacchantium* impress. *Hamburgi* anno 1600. Ubi refert Litteris proditum eximium *Farnesium Cardinalē*, cùm *Ferdinandi Imperatoris* Legatos hilarius excipere vellet, larvatum incessisse. In loco enim servandum *Eutrapeliæ*, scilicet bonæ assuetudinis, dictamen docuit ex *Aristotele*, & radice Moralium perpetuò *S.Thomas*.

Peculiaris difficultas est de *Mulieribus*, an ipsis *Viriles* Vestes tolerandę, quemadmodum econtra, num Viris muliebres? Et negatiua deducitur ex Lege sacra *Deuter.* 22. 5. *Non induetur mulier veste virili, nec Vir utetur Veste fæminea, abominabilis enim est apud Deum qui hoc facit*. Ubi *Philo in de Fortitud.* Propterea infames, & incapaces testandi eos qui publice utuntur fęminea Veste agno-

vit

vit *D. Augustin. in soliloq; cap. 16.* Julianus Cæsar *Desertores amictos Veste muliebri per castra duxit distrahẽdos, ratus militibus qui viri essent, hujusmodi pœnam, & supplicium morte gravius futurum*. Et in Actis Sanctorum legitur à Tyrannis cingulo militari, nonnullos dirè solutos, indutosq; muliebri colobio, ac in gynæceum datos. Ideoq; calamo sic lacessitus *Achilles* à *Tertulliano*: Ille *ferarum medullis educatus sustinet stolam fundere, Comam struere, speculum consulere, aurem quoq; foratu effeminare.* Vide *Sicul. Biblioth. 2. Zonar. in Vita Mauritii,* & *Quintilian. 5. 9.*

Feminis in usu anathema indixit *Cõcil. Gágrẽse c. 13.* & *Trullẽs. can. 62.* utrumq; sexum perstringit. Triennalis Pœnitentia à vetusto canone antiquo secundi *Concilii Bracarensis* nuncupati præscripta J. C. in *l. Quintus 23. ff. de Auro,* & Arg. leg. ibi *quod sine Vituperatione vir non facile utitur muliebrib.* De quo præcepto exquisitè *Philo Judeus* ubi mox iis verbis: *Voluit Lex Virum in vestitu se, ut virum decet, gerere, quem cum diu noctu-*

que

que circumferat, talis esse debet, ut eum semper decoris, honestatisq; admoneat. Sic & mulieres ornantes pro dignitate, vetat virilem vestem sumere, longè submovens effæminatos viros, tum plus æquo viriles fæminas. Brevius *Joseph. 4 Antiq. Cavete autem, maximè in bello, ut neq; mulier habitu virili utatur, nec vir stola muliebri.* Plurima de hoc Principum placita in Italia, ac Belgio. Et planum est apud *Zozimum* 4. 4. Julianum Augustum Romanis Ethnicis subscribentem, produci & vendi jussisse imbelles Milites in veste muliebri. Id quoq; prohibitum in *can. si qua mulier dis.* 30. Vitiosum utrumq; affirmavit *S. Th.* 2. 2. *q.* 169. *a.* 2. Videndi sunt *D. Hieronym Ep.* 8. *Clemens Alex. Strom.* 12. *D.* Jo. *Chrysosth. Homil.* 38. *in cap.* 11. *Matthæi. Petr. Chrysol. serm.* 155. *Apulei de Dogm. Plat. Athæn. lib.* 12. *Juvenal. & Seneca* sæpe. Fusè Jo. *Ludov. Vives lib.* 1. *de Instit. Christ. Fæmin. tit. de Saltation. Gentilis in libello de Actorib. Fabular.* 4. 5. *&* 6. *& Gonzal. cap.* 15. *de Vita & Hon. Cleric. nu.* 11. *fol.* 54. Quanquam plurimi fæminea veste in-

induti in *Histor. Augusta* legantur: Nec pauca spargi possent ad materię ornatum ex *Rubenio*, & *Ferrario* de Re *Vestiaria*. Vestiumque partes & species quasq; Juridicis testimoniis referat, cum prisca, & recenti luce *Anton. Monachus* in suo Tract. *de Execut. in Vestib. Bononiæ* 1621. *in* 4.

Ratio est in promptu, quia obest Honestas ac Decor; talis enim quis præsumitur, qualis à Vestibus detegitur. *I. C. in l. apud Labeonem* §. *si quis Virgines*, *ff. de Iniur.* Vulgata Carmina in *Speculat. p.* 1. *tit. de Advocato*, §. *sequitur per tot.* Rursus Ecclesia, & laica Monarchia singulorũ Vestes discrevit, quibus visis gestantes, eorumq; mentes noscuntur. Ad rem *Synodus* prima *Aquisgrani* similibus verbis. Et in *lib.* sępe laudato de *Idololat. Tertullianus* inquit: *Proprius vero Habitus uniuscujusq;, tam ad usum, quam ad honorem & dignitatem.* Sequitur optimè *D. Cyprian. Ep.* 61. ad Euchratium Episcopum: *Cum in Lege prohibeantur Viri induere muliebrem vestem, & maledicti ejusmodi indicentur; quanto majoris est crimi-*

mi-

minis, non tantum muliebria vestimenta accipere, sed & gestus quoq; turpes, & molles, & muliebres, ministerio impudicæ Artis exprimere? Vide quomodo materiam nostram exornat. Hinc Eruditiss. *P. Lupus*; cujus nunquam sine dolore meminimus, in lo. *Trullensis Concilii* mox relato, *Concilior.* scilicet Scholiis illustrat. *vol. 1. fol. 975.* scitè monet, *Larvas & Personas, mentitasque Vestes*, adhuc in scena, Ecclesiam semper fuisse abominatam, & si tamen id agens Falsitatis reus sit per *Hostiens. in sum. de Crim. falsi num. 7. Farinacc. de Fals. 150. 144. & Menoch. de Arbit. 2. 318. 19. & seq.* Non tamen peccat, nec ordinarie puniendus. *Diana. par. 5. tract. 7. res. 32. Cæsar Panimoll. Decis. Eccles. 49. num. 19.* Extenditur Conclusio ad Legatum, *Vestis muliebris*, vel contra, quod strictè interpretandum, ita ut unum pro alio non sumendum, nec intelligendum de Veste prorsus virili per fœminam induta, nec fœminea per virum; Casus enim foret *Laruarum* per Legem prohibitus ex traditis in Sacro Te-
xtu

xtu *Deuter.* & alleg. per *Borell. de Magistr. Edict.* 3.10.2. & per *tot. cap:* ibi de *Laruis seu Mascheris, & Vestibus mutatis*, & *Anton. Monach. laudat. de Execut. in Vestib. cap.* 13. *num.* 70.

Permittendus *Vestium* solūmodo promiscuus Usus in casu necessitatis, vel majoris boni. Exemplificatur limitatio in Adolescente Antiocheno à *Divò Meletio* converso, ac fugiente in fœminea veste Sacerdotis pagani parentis indignationem, ex *Theodoreto Hist.* 3. 13. In Ecclesiæ Alexandrinæ Presbytero *Anatolio* plurimos obsessæ Urbis ea forma noctu abire suadente apud *Euseb. Cęsareæ* 7.26. In Sancta *Sabina* muliere Ethnica, virum captiuum in ipsius habitu per annos complures sequuta; de qua S. *Asterius Amasenus*. In Viragine illa *Ioanna Dargia*, de qua heroicè *Nic. Heinsius*, *Carolum Septimum* Francorum Regem cum toto Regno ab hostium molestiis vindicante, viva tamen *Rothomagi*, combusta, ut ex *Tiraquello*, & *Langlęo Io: Chokier in Face Hist.* 2. 59. Et in nonnullis Virginibus, quæ

sub

ſub Virorum aſpectu piiſsimè in Cęnobiis militiam geſſere; Pudiciciam quoque ſanctiſsimè ſeruantes aliæ in acie Martis. Vbi in caſu *Aeneas* ita apud *Virg.* 2.

Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis
Aptemus, dolus an Virtus quis in hoſte requirat.

Hodiè in *Bacchanalib.* aut potius *Carniſprivii* feſto, Gentilium illis ſubſtituto, veſtes obſoletæ ſimpliciter ac jocoſæ *Larvas* inducunt, homineſque perſonant. Quilibet enim extra patriam, agens *Gallum*, *Venetum*, Bononienſem, *Neapolitanum*, *Acerrenſem*, alioſque, vulgò *il Raguetto*, *Pantalone*, *Zanni*, *Cola*, *Pulcinella*, quorum alter ita dictus ab erectis contra hoſtes Reipublicæ validiſsimos, in tropheũ propriis Senatus Symbolis, ſcil. Leonibus: Poſtremus verò *Pulcinella*, inuentum planè ridiculum cujuſdam *I.C.* ſeu Terræ *Gefuni*, ſive Urbis *Acerrenſis*, Cauſarumque patroni tædio affecti in *Magna Curia Neapolitanæ Vicariæ*, nomine *Andreæ Ciuccio*, qui ad vultum

tum ex natura accomodum, vẽtrem ſtraminibus onuſtum aptauit, plures ad ſui imitationem excitans, ſummamque famam per univerſam *Europam* captans. Alii verò, ex inſulſis Veſtium indumentis libentiſsimè viſi, & auditi ſunt. Contingit profectò quicquid olim prudenter aduertit *Cornel. Nepos*, vel *Aemilius Probus* quiſquis Auctor ſit *Vitarum* quæ circumferumtur *Virorum Illuſtrium* in proloquio. Eadem munera Vitium alicubi, alibi verò Virtutem olere: quod patet in *Gallorum Oſculis*, de qua materia fęcundiſsima *Kempius* in *Oſculogia*, & alii, ac in *Propinationibus* vulgo notis *Germanorum*, cum quibus non bene conueniunt *Itali*. Sic rariores, & jucundiores Veſtes Viris grauiſsimis *Maſcheras* ſapiunt, quemadmodum, ecõtra Veſtes graues, ac decoroſiores pręter morem, hilarioribus ſpiritibus *Maſcheræ* ſunt. At redeamus ad ſemita. *Clerici* nec poſſunt habitum trãsformare, pręter neceſsitatis accidens, quod jura cuncta infringit. Ita *Concil. Lateranenſe 4. cap.* 15.

Mul-

Multo minùs personati nequeũt incedere, vel cũ *Maschera*, nec ducere Choreas, aut spectaculis hastiludiisue interesse. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. de Armis, & Ludis*. Quæ cum aliis repetit in *Epitome Canonum, & Concilior. tit. Clerici à quibus teneantur abstinere* Eminentiss. *Cardinalis Brácatus de Lauræa* humanissimus meus ad Theologicum Magysterium Promotor; & sunt in Voto *Salon. 2. 2. qu. 5. n. 6. Barbos. de Ju. Eccles. 40. 65. & alii*. Sed vide Caput sequens.

Vestes *Monacales* omninò sunt vetitæ. Sic decretum in *Codice Theodosii* ab *Arcadio*, *& Honorio*: & à *Justiniano* in §. *ult. Auth. de Sanctiss. Episc.* ubi puniendos vult exilio corporali, & supplicio eos qui laruanvando usi fuerint vestibus Monacorum vel Sacerdotum. Idem fatentur *Laudens. cap. 1. §. fin. in fin. quibus modis Feud. amitt. Bartol. Fumęus in summa Armill. §. ludus n. 12. Baltass: de Angel. in Apparatu super p. & 2. lib. Cod. ad l. Mimæ 5. nu. 4. & 5. C. de Episc. Aud.* Vide *Leges Langobardorum*, & *D. Nicol. Anton.* in recenti

Tra-

Tractatu de *Exilio Exulumque pœna*.

Heremitarum quoque ac Doctorum *Mascheris* Interdictum, actione Injuriarum ex *Oinot. §. Injur. nu. 26. & seqq. Ricciull. de Personis quæ in statu reprobo versantur. Baron. de Effectib. Inimicitiæ Eff. 134. n. 6. Urries ad Ritum Magnæ Curiæ Neapolit. p. 1. nu. 234.*.

Et fortius est, quod *Vestium Imperialium* usus cuicumque illicitus. *Tex. in l. un. C. nulli licere in fre[n]is lib. 11. Io: Domin. Tassonus in [P]ragmat. Regni Neapol. de Antefato vers. 4 obseru. 1. nu. 25.* ubi de moderatione quam refrenationem Vestium appellat, plura congessit. Nec desunt in eodem Regno Jura adversus promiscvum, & minus honestum Vestium usum.

Idemque ex paritate rationis affirmari posset de peculiari Veste cujuscumque supremi Principis, vel Magistratus, qui Ipsum repræsentat. Ipsamet Toga in seriis jampridem sumpta, exuebatur in Ludicris, ut in *Saturnalibus*; indecensque erat, Ethnicis quoque morem permutare.

D Un-

Unde textus *Martial.* in Epist. *lib.* 2. ad *Decianum*: *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & Togam saltanti inducere Personæ.* Et in *Carisianum* 6.24.

Nil lascivius est Carisiano
Saturnalibus ambulat Togatus.

Quia, locus, tempus, & Hominum peculiaria sunt semper circumspicienda, etiam in Jocosis ac festivis. Admittunt equidem Stratagemata militaria, in Dinastis, ac Principibus mentita vestimenta. *Sic Annibal* novus Vertumnus ex viridi ævo in senium transiliens, atque ex cano juvenescens *Livio* teste 1. 22. *ac Polyb.* 3.78. Agatocles *Diod.* 19.5. Gelon *Polyæn.* 1. *Stratag.* 27. Pesilius Cerealis *Tacito* 3. *Hist.* 59. Vocula *eod.* 4. *Hist.* 36. Cęsar *ipsomet* 2. 41. & sequiori ętate *Michael* Despota *Nic. Greg.* 4. *Hist* Jo: *Corvinus Bonfinio* 3. 5. & *Ludovic. XI. Francor. Rex* apud Gallum Thucididem *Cominæum* 6. Nec silentio involuendi, referente *Nauclero in Chronograph.* à nostratib. hauriente *Conradinus Sueviæ Dux* postremus, & *Fridericus Austrius* qui phrasi

Vel-

Vellejana l. 2. *Iis artibus mortem quęsiere, quibus ab Ignavis Vita quæri solet.* An & quando id licitum *Illustriss. Caramuel* in sua *Theol. Regul.* dispungit *to.*1.*pag.* 26.*num.* 127. & prius 7.26.,quod *Gallicę*, & similes Vestes tuta conscientia ferendę: *Turcicæ* quoque, si Religionem haud significent. De colore verò in *Benedictorum* Vestibus, ex gryseo vel castaneo, in nigrum, albumq; postea mutato *eod.to.pag* 602.*nu.*1780.idq; ante annos tercentum.

Prælati demum Ecclesię,& presertim *Episcopi* Larva, seu Persona, & *Mascbera* à nemine agenda. Id prohibente apertissimè, Canone 16. *Octavæ Synodi*: quem plenè explicat *Nicetas Paphlago* in *Vita D. Ignatii Martyris*; Cum Viri laici Senatorii gradus comam involuerent, & ordinem quasi sacerdotalem, per quædā sacra indusia, & vestimenta effingerent,*Episcopos*,quasi constituendo,illudentes Divinis, per nonnullas cęremonias. Quod valde audax, impium, ac severissimis pœnis condignum.

CAPUT VI.

Maſcheræ *an per Proclama publicum Vitandæ?*

ABſolutis calculis prohibendas ex *S.C.* vel Principum placito cenſuere nonnulli ſcrupuloſa conſcientia nimium moti. Eæ etenim perſtringũtur acutiſſimo *Tertulliani* calamo *lib.6.* ubi de *Spectaculis*: *Jam verò*, inquit, *ipſum opus Perſonarum quæro an Deo placeat, qui omnem ſimilitudinem vetat fieri, quanto magis Imaginis ſuæ, &c.* Hinc fortaſsè per alios dubitantes quęſitum, an iis inſit prorsùs materia peccati? In qua diſputatione diverſo modo ſentiunt *Cajet. in Summa verbo Larvarũ uſu, Nevizzan. in Sylva Nuptial. lib. 4. nu. 70. Canophil. Tract. de Foropoli, & fori fo. 9. p. 4. Medic. in ſumma peccat. p. 2. tit. 7. q. 32. Covarruu. in ſuis Moralib.* & poſt alios *P. Diana Reſol. Moral. p. 10. tract. 23. Miſcell. Reſol. 29.*

Exempla ſuadentia *Maſcherarum* eliminationem habemus in ſacro te-

xtu

xtu, siquidem *Achabus*, & *Saul* larvati una cum Diabolo larvato 1. *Reg.*22.*Samuelis p.*28.*Jezabelis* pictā faciem canes devorarunt *Reg.* 9. 36. Et prophana Historia meminit *Caroli Sexti* Gallorum Regis, quem horrendè excæpit Divina ultio cum aliis quinq; larvatis, referente *Fulgos.* *lib.* 9. *cap.* 12. qui tamen de circumstantiis ne quidem verbum. Rursùs *Turpitudinis* vocabulo vetari Larvas putāt Interpretes ad *D. Paul. Ephes.* 5.*v.*3.Et *Lactantius* in *Divin. Instit.* affirmat Mimos corruptelarum disciplinam profiteri, appellans *Histrionū motus* Impudicissimos. Et apud Ethnicos Ludi genus, laudatiq; indecori spectaculi *Majumę*, de quo *tex. in l.*1.*C.lib.*11. *ubi Alc.* & *Suidas* ac *Brisson.* ab *Anastasio* Cęsare sublatū *Gyrald.Hist.Deor.syntag.*1.

Hilaritas tamen honesta hominibus concessa ex Divino per *Salomonem* Oraculo. Cum Larvis quoque prudenter aliquid actum constat in sacris paginis: præsertim *Gen.*27. 15. ubi *Jacob* pilosam vestem repræsentans, consilium est sapiens, ne indi-

gnis bona distribuantur. *Gabaonitarum* stratagema ficto pallio *Josuam*, ac populum Israel decipientium *Jos. 9. v. 5.* Item Statua *Michol* viri loco reposita *p. Sam. 19. 13.* Inter Prophanos quoq; maximèq; *Sicul. Diodor. de Sardanapali* postremi Regis Assyriorum fæminea veste legimus: quemadmodum in *Suetonio* exemplum de *Othone* Imperatore Larvato.

Permissas igitur Lętitię, seu vulgatę Exhilarationis causa tuentur *Anan. in cap. Latorum de homicid. Angel. in summa verbo ludus nu. 1. & 2. D. Antonin.* quoq; *in summa de Curiosit. tit. de Spectaculis*, & ex pręclaris Regni Neapolitani Doctoribus *Io. Maria Novarius de Gravamin. Vassallor. to. 1. Gravam. 309. Vrries ad Ritum Magnæ Curiæ*, aliiq; Et ex perpetuo illarum usu Barones ejusdem Regni nullo modo eas prohibere posse fatetur idem *Novar. ibid* post *Doctorem Perez* in Libello hispanicè inscripto *Contro las Mascheras*. Qui ambo cum aliis concludunt, moderatè faciendas, absq; tumultu; ac licentia præcedente in diebus consuetis.

Ra-

Digitized by Google

Ratio potissima est, quia debitis circumstantiis actio hęc induta, peccatum minimè continet, vel saltem occultum, & soli Deo cognitum *cap. Erubescant dist. 32. Menoch. de Arbit. casu 69. num. 60. Ridolphin. De modo vivendi in dieb. Quadrages. nu. 36. & Io: Dom. Rainald. in nova Syntaxi Rer. Crimin. vol. 1. cap. 1. §. 9. num. 76. fol. 117.*

Propterea *Inimicitia* influit in earum prohibitionem ex *Azevedo lib. 7. tit 15. lib. 8.* nouę recompil. *Baltass. de Angel in l. ut profanos, C. de Pagan. Franc. Baron. de Effect. Inimic. Eff. 134.* Itaq; tempore Belli inter publicos motus, & inter Studiosos ut plurimū decretis Magistratuum parum parentes, crederem prohibendas, quęmadmodum in similib. casib., judicio majorum.

Rursùs vitandę, si bonis obstent moribus. Ita concludunt *Lancellott. Conrad. de Offic. Prætor. in causis civil. §. 1. nu. 15. & Camill. Borell. 3. de Magistrat. cap. 10. nu. 1.* Quemadmodum *Ferrarię*, ac *Mantuę* Duces imminere voluerunt Furcarum pœnam ferē-

ti Noctis tempore subdititiam Barbam;iisq; horis suspicionem alicujus mali prębentibus,Mulier,sive honesta,sive Męretrix, quod pejus, inventa virili habitu induta, pœnam subire debet fustigationis & exilii. *Ripa de Noct.Temp.nu.7.cap.164.* decreto Civitatis *Lucerię* in Regni Neapolis Regione *Apulię*. Fortiùs cum Fęmina inventa esset circumiēs nuda, cum Natura dictet neminem incedere nudum in publico, nec palam muliebri veste indutum. Docente id queq; *Laertio in Plätone*,& plura congerente *P. Theoph. Rainaudo* Viro cultiori Orbi noto, in suis *Heteroclit.* Deque Pudore consequente *Samuel.Puffendorfius* acutè de *Iu. Nat.ac Gent.lib.6.cap.1.§.30.*Idem dicendum de Masculo.

Quod *Panormi* fieri nequeant absq; licentia Capitanei docet jam laudatus *I.C.Francisc.Baron.in tract. de Corpore tit.de Facie nu.24.* At hoc ferè ubiq; usu recęptum.

Bannum verò, vel statutum ne *Mascheræ*, vel hujusmodi hilaritates procedant Noctis tempore,scandali vi-

vitandi causa, aut Rixas arcendi: de quo *Bobadill. in Politic. 2. 13. à num. 49. & 64.* explicat Eruditiss. *D. Matthias Laguner* in suo percelebri Opere *de Fructib. p. 1. cap. 28. nu. 233.* id accidere, si ęquè timeantur Rixę, & scandala, adeoque ut vitentur.

Nocturnas Religiones, Priapi sacra vocavit *Arbiter in Satyr.* tempore, ac loco abdito, & occulto; de quo epitheto *Clem. Alex. 4. Strom.* ideoq; noctu vacandum.

Nimium autem acerbum existimatum fuit cujusdam Episcopi proclama, quo absolutè ac simpliciter, Choreas, & Larvas in die festo, Interdicti censuris prohibuerat, referēte *Homobono* in *de Exam. Eccles. Tract. 15. q. 28.* Cum *Mascberæ* opera non redoleant servilia, adeoq; festivo tēpore non eliminanda; sed ab iis abstinendum jussu Magistratus, vel sacri Tribunalis, ut animus ab omni mali suspicione servetur immunis. *Armilla verbo Chorea, & Larva*, & *cap. seq.* ostendetur. Earum nihilominùs prohibitionem pœnitùs non admittunt Doctores, monentes potiùs

ut qui eas ducunt ab omni vacent Libidinis, & cujusvis peccati periculo. In quo sensu idem *Armilla* sumendus est cum *Azor. Instit. Moral. p. 3. lib. 3. cap. 26. q. 2. Filliuc. tract. 30. num. 222. & duob. seqq.* & latius *Daniel de Nobilib. Disp. 36. nu. 9. & 11.*

At Mediolani, quo quælibet quoque se se personandi jocosa prostat figura. *D. Carol. Borromæus* Epikeiæ studiosissimus, ac semper piissimus, ne dieb. festis venderentur, aut locarentur *Larvæ* pastorali decreto sancivit, de quo *Acta Eccles. Mediol. p. 1. fol 85. col. 1. & p. 3. fol. 434.* Id tẽpore Carnisprivii; sed in Quadragesima vexationes hujusmodi (sic vocabat) sub Interdicti pœna vetavit. *Ead. Acta fol. 213 1. 994. 84.* Edictnm vero 436. 1. alicubi enim, ut Mediolani *Mascheræ* post aliquot dies à sacris cinerib. impunè productę.

Tempore tamen Sacri, ut Fideles devotè intersint, posse Episcopum sub Excommunicationis pœna *Choreas* inhibere quascumq; cum *Larvis*, & absq; iis docet *Filliuc. d. tract. 30. in 6. scilicet pr. ceptum nu. 223.* &

Ge-

Religiosi Regolari non possano andare in Maschera, mà ne anche trattenersi nel Corso in tempo delle Maschere, sotto pena di carcere, & altre maggiori ad arbitrio di Sua Signoria Illustriss. secondo la qualità dello persone, e circostanze de' casi.

Che nessuna persona di qualsivoglia stato come sopra, etiam che fosse Essecutore, o altro Officiale di Giustitia mascherata, o non mascherata, sotto qualsiuoglia pretesto, colore, o causa dia ajuto, o impedimento alli Caualli, che correranno, come in qualsiuoglia altro, modo, che impedisca loro il corso sotto pena di trè tratti di corda da

dar-

darseli subito in publico nel luogo destinato. E, se quelli daranno impedimento, saranno à cavallo, oltre le dette pene incorreranno anche nella perdita de' Cavalli. E se per detti impedimenti ne seguirà morte, ò mutilatione alcuna, incorra ipso facto nella pena della forca.

Che nessuno possa accostarsi al luogo delle Mosse per dieci canne sotto pena di trè tratti di corda, e di scudi 50. Il rompere, e spezzare Lancie nella via del Corso nel tẽpo, che li Palii sono posti nel solito luogo della Piazza di S. Marco sotto pena di scudi trecento d'oro.

Il tirare Vova di nessuna sorte, Melangoli, Zaganelle, ò altro à qualsivoglia persona: l'usar Ciarabottane, spruzzare con Schizzetti, ò con altri simili modi, & istromenti, sotto pena di trè tratti di corda, e di scudi venticinque. E se-

schera indulgenda, ablatis Virorum Vestibus, & Armis intra septa Monasterii, quemadmodum censuit *Sacra Congregatio Episcoporum* 27. *Aprilis anni* 1604. & *lib.* 6. *cap.* 4. idem *Ricciull.* refert cum generali monito, quod optimè ad rem facit, ut *Ministri publici* abstineant, certè ob decus, & gradus majestatem. Armis tamen ablatis id in casu ferendum, & cum permissione ad tempus breve arctata.

Doctores ac *Prælatos* modestè, ac tēperanter in *Aula Ferrariensi Larvis* usos testatur *Torquat. Tassus in cit. Dialog. inscripto il Gianluca*, imitationem Virorum fama præstantium commendans, vulgato satis *Platonis* exemplo. Intemperantiæ enim, ac Inhonestatis tantum casus regulam firmat potissimam de *Mascheris* prohibendis. Contra quas vide Jo: *Sauaron Gallum in Traitè de Confraires, & contre les Masquez impress. anno* 1608. *in* 8. quem laudat *Bibliothecę Tuanæ Catalogus fol.* 142. Nos vero percurrere non potuimus.

Ante solis occasum permitti solent,

lent, cessante suspicione furti in *Larvatis*, quæ in iis militat excurrentibus post; & forsan majoris delicti: per ea quę fusius tradit *Polydor.Ripa* in tractatu de *Nocturno Tempore* *cap.* 164. Et de validitate Statuti, ac Principum Proclamatum aduersus nocturnas choreas *Præpos. in cap. cũ cessante de appell. Neguſ. sylvę Nupt.* 4.73. *Et Narbona in Horograph. jur. Ho.*4.*n*.37. ubi ex Mediolanensi Statuto *cap.* 125. Musica instrumenta iis horis semper prohibenda per ea quę politicè *Bobadilla* 1.13.56.

Discursus tamen eorũ qui abutuntur hujusmodi libertate ferri nequeunt, fortè quia ut plurimum Lasciviam, & Famę alterius denigrationem redolent. Sic *Gaspar Manzius in Centur. Decis. Palatinat. q.*50. Ubi *nu.* 45. lepidè scribit de quodam *S. R. E. Cardinali* in proprio conclavi cum nonnullo Viro docto allocuto, qui ei suam Tùnicam, & rubrum imposuit pileum; superveniente vero Summo Pontifice, ipsoq; in veste Cardinalitia depræhenso pro pœnitentia, ut Cardinalis esset, ac maneret ei iniunxit.

xit. Pœnam hoc modo statuit imprudentissimi *Personatus*.

Gestus quoque *Larvarum* imtempestivi proscribendi, tanquam inepti: quemadmodum Juvenibus in quotidianis sermonibus, & fortius declamando. Sic suadente *Iodoco Lorichio Doct. ac Profess. Friburgensi in Thes. Theol. to. 1.* hoc verbo *pag.* 1083. & præceptoriè videndus *P. Causin. in Eloq. tit. de Affectib.*


Seclusis tandem similibus contingentibus, permittendę sunt *Mascheræ*, quę nullo modo iniuriam humano Vultui, Divinam faciem exprimēti, inferre queunt: eo prorsus modo quo Facies causa Joci, vel ad eam ab humanis tempestatibus tutandam operitur, ac velatur, quicquid *Cicero* obiiciat in *Marcello*. Sic in artificiosissimis curribus, cum Vestium elegantia, ac splendore, addito Equitatu, nonnunquam in *Italia*, si pinguis crumena, ac tempora fælicia, *Romæ* pręsertim Fabulæ representantur, sparsis Dulciariis, argutisque Carminibus, maximè Domicellis, cū sunt in fęnestris, vel Rhedis obvię. Qua-

Quarum imitatio ultra montes, rara, vel insulsa. In casu autem Vestium temperandus est Luxus: Mulieres honestæ abstinendæ, aut à Parentibus, Viro, ac Fratribus minimè seiungendę. Motus Larvarum sit modestus, & à Brutorum moribus alienus. Curet Princeps, vel Magistratus ut *Mascherati* fidejubeant de stando Juri, &c. Ad Juvenum exemplum à Spectaculis, & Larvis absint senes. Demum, ne quid nimis, cum Italica vox *Carnevale* fideliter à nonnullis interpretetur *Caronevale*, circumstantias detegens familias citra moderamen gubernandi; Re pecuniaria, ac bono nomine exhauriendi.

Hęc ferè universalia ad prudens in Spectaculis per Orbem Christianum regimen: in quo, si plura magis peculiaria desiderantur, ex fæcundissimis *Aulæ Romanæ* fontibus capienda. Qua de causa, ipsa met jura proximis jam *Bacchanalibus* sancita, elapsis quidem postremis seueriora, hoc loci, vernacula prout jacent, & si haud puriori Lingua, decernimus jungenda. Pietas enim, ac Solertia

Digitized by Google

Sanctiss. Pontificis Innocentii XII. Fides, ac ejus Ministrorum studium, ad non paucos erudiendos patebunt, ac proderunt. Optimus autem Princeps, dum à Theatris in Urbe sublatas mulieres voluit, easque Larvis indui adversus consuetudinem, ac in Rhedis, ad majus malum vitandum, excurrere his diebus permisit; summę *Innocentii XI.* sanctæ memoriæ, sui Creatoris Clementię, sectator servatorque prodiit. Sed legantur præfata Iura, quamquam extemporalia.



BAN-

BANDO ROMANO

Sopra le Maschere, e Corsi de' Pallii.

DEsiderando l'Illustrissimo, e Reverendiss. Sig. Mons. Gio: Battista Spinola, di Roma, e suo Distretto Governatore Generale, e Vice-Camerlengo provedere d'opportuno rimedio, acciòche il prossimo Carnevale si facci cō la dovuta quiete, e senza disordini, e scandali. Perciò con autorità della sua carica, e per ordine havuto à bocca dalla Sātità di Nostro Sig. rinnuova li Bādi altre volte publicati, & in vigore d'essi nuouamente prohibisce tutte, e singole cose cōtenute nelli seguenti Capitoli, sotto le pene in essi espresse.

Che nessuna persona di qualsivoglia stato grado, e conditione vadi con la Maschera al volto, ò porti Buffe, Pappafichi, Bocchingambi, ò habiti finti prima di mezzo giorno, nè doppo un'hora di notte, sotto pena di trè tratti di corda, e di scudi cento d'oro.

Il Mascherarsi, ò travestirsi come sopra il Venerdì, la Domenica, & altre feste comandate sotto pena di trè tratti di corda, e della perdita degli habiti, e scudi cento d'oro in ciaschedun di detti casi.

E negli altri giorni mascarandosi, non possano in modo alcuno usar habiti Ecclesiastici, ò Religiosi veri, ò finti, ouero habiti indecenti da dare scandalo. Riseruandosi l'arbitrio di Sua Signoria Illustriss. di dichiarare quali siano gli habiti sudetti, e li trasgressori saranno subito irremissibilmente puniti. Il portare, ò far portare ad altri non

ostan-

Digitized by Google

ostante qualsiuoglia licenza, facoltà, priuilegio, ancorchè richiedessero special mentione, armi in Maschera di qualsivoglia sorte offensiue, quanto difensive, Sassi, piombarole, ò altra cosa atta ad offendere, ancorchè in qualsiuoglia modo si portassero, ò ritenessero in Cocchio, Carrozza ouero Carro, ò Carrette, Calessi, ò Sedie rolanti di qualsiuoglia sorte, ò che tali armi fossero legate, ò per altro permesse sotto pena di trè tratti di corda, ò della Galera ad arbitrio di Sua Sig. Illustriss. dichiarando però, che se l'armi saranno anche prohibite sotto maggior pena, ò in vigore de' Bandi Generali, ò Constitutioni Apostoliche non sia derogato alle pene maggiori, mà restino nel suo essere, ò osservanza.

Insultare, ò vero offendere alcuna persona particolarmente nel Corso, ò far rissa, ò questione, cac-

ciarmano, ò entrare nel Corso con armi sfoderate ancorche senz' offesa sotto pena di trè tratti di corda, ò vero della Galera, & anche della forca ad arbitrio di Sua Sig. Illustriss. secondo la qualità de' casi, non intendendo di derogare a' Bandi Generali, & altri del Gouerno, che impongono maggior pena.

L'offendere gli Hebrei, nè in parole, nè in fatti nè occultamente, nè palesemente, sotto pena à gli Huomini di trè tratti di corda, alle Donne dell'esilio, & alli Putti di staffilate, & altre pene maggiori ad arbitrio ancor contenute ne' Bandi particolari, con le sue prorogatiue, e modo di procederi.

Il fermarsi per spatio di tempo à circolare nel Corso avanti à Chiese, ò Monasterii, ò altri luoghi Pii, sotto pena ad arbitrio.

L'usar parole dishoneste etiam improuisando, nè ingiuriare alcu-

no, nè con la Maschera, nè senza, nè in fatti, nè in parole sotto pena di scudi venticinque, e di trè tratti di corda, e della Galera ad arbitrio di Sua Signoria Illustriss. secondo la qualità dell'Ingiurie, e delle persone.

Che nessun Mascherato, ò smascherato faccia contro alcuna persona di qualsivoglia sorte, ancorchè fosse Cortegiana atti, ò gesti sconvenevoli, ò inhonesti, che possino portare ingiuria, ò scherno, ò infamia contro la persona à chi saranno fatti, come anche si prohibisce il rappresentare fatti, ò attioni lasciue, ò inhoneste in qualsivoglia modo, ò con gesti, ò cenni, ò tratto di mani, ò portare robbe, o instromenti, habili à significare, o rappresentare cose sconce, indecenti, dishoneste sotto pena in qualsivoglia delli detti casi, di trè tratti di corda, e di scudi doicento d'oro, & altre pene cor-

corporali, e di Galera ad arbitrio di Sua Sig. Illustriss. riseruando anche l'arbitrio di dichiarare quali saranno, atti, gesti, cenni, fatti contro l'honestà, & infamia d'altri come sopra.

Religiosi Regolari non possano andare in Maschera, mà ne anche trattenersi nel Corso in tempo delle Maschere, sotto pena di carcere, & altre maggiori ad arbitrio di Sua Signoria Illustriss. secondo la qualità dello persone, e circostanze de' casi.

Che nessuna persona di qualsivoglia stato come sopra, etiam che fosse Essecutore, o altro Officiale di Giustitia mascherata, o non mascherata, sotto qualsiuoglia pretesto, colore, o causa dia ajuto, o impedimento alli Cavalli, che correranno, come in qualsivoglia altro, modo, che impedisca loro il corso sotto pena di trè tratti di corda da

dar-

darseli subito in publico nel luogo destinato. E, se quelli daranno impedimento, saranno à cavallo, oltre le dette pene incorreranno anche nella perdita de' Cavalli. E se per detti impedimenti ne seguirà morte, ò mutilatione alcuna, incorra ipso facto nella pena della forca.

Che nessuno possa accostarsi al luogo delle Mosse per dieci canne sotto pena di trè tratti di corda, e di scudi 50. Il rompere, e spezzare Lancie nella via del Corso nel tẽpo, che li Palii sono posti nel solito luogo della Piazza di S. Marco sotto pena di scudi trecento d'oro.

Il tirare Vova di nessuna sorte, Melangoli, Zaganelle, ò altro à qualsivoglia persona: l'usar Ciarabottane, spruzzare con Schizzetti, ò con altri simili modi, & istromenti, sotto pena di trè tratti di corda, e di scudi venticinque. E

se-

seguendo l'offesa, della galera, e della forca rispettivamente, ad arbitrio di Sua Signoria Illustrissima, & alli Bottegari si prohibisce il ritenere Voua accomodate per tirare, sotto pena di trè tratti di corda.

Alle Donne di qualsiuoglia stato, e conditione non sia lecito andare in maschera con altro habito finto à piedi, sì per il Corso, come per la Città sotto pena di scudi 300. d'oro, & altre pene etiam corporali ad arbitrio, da estendersi alla frusta secondo la qualità delle persone; e saranno tenute per Meretrici, e trattate come tali.

Il far ridotti, bagordi, festini particolarmente in Casa di Meretrici, e donne dishoneste, ò in Hosterie, Bettole, ò Taverne, si prohibiscono sotto pena, quanto alle Donne della frusta, e quanto à gli Huomini di trè tratti di corda in publi-

bli-

blico, qual probibitione Sua Signoria Illustriss. estende ancora, quãdo i festini si facessero in Case di Huomini, e Donne honeste, sotto le pene pecuniarie, ò d'esilio ad arbitrio.

Alle Cortigiane, e donne dishoneste si prohibisce l'andare in Carrozza, Cocchio, Carro, Carretto, Calessi, Sedie Rolanti, sole, o accompagnate, con Maschera, o senza, sotto pena della frusta, e della perdita degli habiti, e di quant'altro portassero appresso di loro. E si procederà per Inquisitione, sì durãte, come passato il Carnevale, & in ogni altro miglior modo.

Come anche d'ordine come sopra comanda, che ne' giorni che si correranno i Pallii, al primo sparo delli mortaletti, che si farà nell'istesso tempo in diversi luoghi del Corso al tocco delle 23. hore, debbano immediatamente tutte le Carrozze, Carri, Carrette, Calessi, o Sedie rolan-

lanti cominciare à prender luogo, o posto, & al secondo sparo che seguirà di lì ad un quarto d'ora, debbano con effetto hauerlo preso affinche possa immediatamente darsi la mossa, e doppo gli spari sudetti nõ debbano trapassare, o attraversare in qualunque modo rinculare, o toccare li loro Cavalli sotto qualsivoglia pretesto di ritirarsi dal luogo, accommodarsi, o ritirarsi meglio, o ad altro, che si pretendesse, o potesse suffragare, sotto pena à chi contraverrà, benche non fosse il proprio Cocchiere, o Padrone, e solo à caso, o in altro modo si trovasse à contravenire, pecaniarie, & anche corporali gravissime ad arbitrio di Sua Signoria Illustriss. e quando dalla controventione d' alcuno di detti atti di sopra prohibiti, etiam mediatamente, & indirettamente derivasse danno, o male, ancorche minimo ad alcuna persona, Cavalli,

Ani-

Digitized by Google

Animali, o robbe, o perturbatione, o sconcio di altre Carrozze, o Carri, come sopra accommodati, e ritirati, o impedimento di Corritori, la pena sarà di trè tratti di corda, e della Galera ad arbitrio.

In oltre, per ovviare al tumulto e disordini, che nascono da quelli, che si fermano per ripigliare i Barbari nella strada dove stanno i Pallii, Sua Signoria Illustriss. ordina, e comanda, che nessuna persona di qualsivoglia stato, e conditione come sopra, nè à piedi, nè à cavallo, nè con Maschera, o senza, ardisca doppo il primo sparo de' Mortaletti sotto qualsivoglia pretesto star ferma nella strada sudetta, cominciãdo dal cantone, dove stà il posto di Sua Sig. Illustriss. per fino all'altro cantone di sopra della strada, che dalla Piazza di S. Marco conduce alla Colonna Trajana: di maniera che tutto il tratto di detta strada-

da come sopra resti libero affatto, e non vi sia alcuna persona. E vuole che solamente quelli, che sono destinati dalli Padroni delli Barbari per ripigliare i medemi, i quali non possano essere più di due à cavallo, o due à piedi per Barbaro, esclusa ogni altra persona si trattenghino, e stiano per l'effetto sudetto nel cantone di sopra di detta strada, che dalla Piazza di S. Marco conduce alla Colonna Trajana: sotto pena di trè tratti di corda da darseli in publico subito, e di scudi cento moneta d' applicarsi alla Reverenda Camera Apostolica, & anche della Galera inclusivè ad arbitrio di Sua Signoria Illustriss. secondo la qualità delle persone, casi, e circostanze di essi.

E perchè si è veduto, che per il passato il non esser intervenute nel Corso, nè Mute à sei Cavalli, nè à quattro, hà apportato minor disturbo,

bo, e più facilità alla corsa de' Pallii; Quindi è, che Sua Signoria Illustrissima ricorda l'osservanza puntuale di sì buon'uso sotto pene gravi, etiam corporali contro i contraventori.

Riducendo à memoria di ciascheduno la dovuta osservanza del presente, e di detti altri Bandi; e particolarmente di quelli publicati li 20. Decembre 1667. e 11. Aprile 1668. contro li Carrozzieri, & altri contraventori sotto le pene contenute in essi rispettivamente, alle quali cõtro li trasgressori si procederà irremissibilmente, etiam per inquisitione, ex officio, o denuncia di segreto Accusatore, & in ogni altro miglior modo espediente alla Corte. Riservandosi l'arbitrio in qualsivoglia de' sudetti casi, di augumentare le pene etiam corporali, e delle maggiori secondo la qualità de' fatti.

Vo-

Digitized by Google

Volendo, che il presente Bando affisso, e publicato ne' luoghi soliti in Roma, habbia il medemo vigore, come se personalmente fosse stato à ciascheduno intimato. Dato in Roma questo dì 24. Gennaro 1693.

Gio: Battista Spinola Governatore, e Vice Camerlengo.

Gio: Battista Scardozzi Notaro per la Charità.

Die, mense, & anno quibus supra, supradictum Bãnimentum affixum, & publicatum fuit ad valuas Curiæ, in acie Campi floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Dominicum Balatresium Illustriss. & Reuerendiss. D. Almę Urbis Gubernatoris Mandatarium.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Personati, an & quo Privilegio fulti.

Libertas ipsa plurimis Legibus soluta fert Litteras Caracteristicas in fronte. Ea verò triumphum agit in *Bacchanalibus* ludens cum *Mascheris*. Aulicos salutantum ritus primæ horę matutinę mancipatos, ex *Martiali in Epigrammate* satis noto, absque ullo Iniuriæ metu, fugit, ac spernit. In *Galliis* tantum, ubi *Mascherę* in Vultu, quemadmodũ scripsimus, per universum anni curriculũ à Domicellis adhibentur, moris est quod illę ad aliorum obsequia non modo capitis nutu, vel Dexterę osculo salutationis reddant honorem, verùm eodem tempore, præcipuæ æstimationis gratia, *Larvam* deponant. Sic scribit *Stephan. Guazzus* in suis *Della Civile Conversatione* Italicis *Dial. 9. dell'Honore fol. mihi* 313. Nos quoque Regales *Gallorum*, & *Britannorum* Provincias fęliciter invi-

vi-

visentes, sedulò perspeximus.

Ubilibet Aenigmata, Argutiæ, & Aequiuoca, *Romæ*, *ac Bononiæ* presertim, in quibus ex arbitrio ad sermones longiores egregiè producuntur. *Neapoli* vix mutuus *Animalis* titulus, inter Personatos, & Larva exutos. Ibi, Regalis Via *Toletana*, Hippodromi locum alibi prostantem, supplet: in eaque ludicra plura, in Equis, ac Rhedis, aliisq; Vehiculis Romano more, ex nupera populariq; fęlicis memoriæ *Exc.D.Carpii Marchionis Proregis* Indulgentia; qui insulsas Aquarum Ovorumque ex fęnestris dejectiones Pragmaticis quidem, solertioribus, omninò eliminavit.

Quia verò Fictio imitatur Naturam, *Personati* Dominorum veste, pręcedentia frui debent adversus agentes passim, famulos, ac servos. Sint Senes anteambulones, Iuvenes autem pedissequi, tempus enim dat merito locum: & sic de reliquis, Dignitatis etiam ephimeræ, ac in umbra, sententiæ gradu servato. Aliàs Gaudia non forent, sed absolutæ Ineptię.

Fa-

Favet *Mascheram* ferentibus immunitas passivè in judicium vocandi, & per carcerem coercendi, & in casu ęris alieni. Refert enim hujusmodi *Larva*, in Festis per Magistratum supremum imperatis, Achillis Arma, ac Bellonę propugnaculū, juxtà locorum tamen consuetudinem, & municipalia jura. Favet inquam universim, pro Delictis quoq. saluus conductus, ad instar Feriarum Nundinalium.

Imò, socium se dare Virorum, ac Mulierum *Larvis* utētium cum *Armis*, inter genericè prohibita minimè compręhendi, nullibique constare de interdicto; ideoque nullam tunc infligendam pœnam, Jure id permittente ad *tex.* in celebri *l. Gracchus, ff. ad leg. Jul. de Adulter.* magistraliter consuluit *Roland. Cavagnol. Decis. Consult.* 100. *lib.* 2. *n.* 8. *in narrat.* Facti verbo *Testium*, & *vers. Tertium similiter.*

Excipe casum, in quo *Larvatus* punitur usque ad mortem inclusivè, quando nimirum alterum fuerit vulneratus. Post [illegible] Decis. 15.

*nu.*7. Scripsit novissimè *Io: Dominic. Raynald.* in *suis Observationib. mixtis lib.* 2. §. 33. *&* 34. *nu.* 20. narrans cum *Thoro in Addit.* ad Io. *Grand. de Bello Exulum* 92. minorem annis quatuordecim suspensum fuisse, quia cum *Barba supposititia* pluribi ultimi vilioris supplicii, seu suspensionis pœna, vetita quidem, nocturno tempore furabatur.

Delinquenti nihilominùs ex provocatione, homicidium non nocet *Larvato*. Est *text. in l.* 1. *C. ad Leg. Cornel. de Sicar.* docentque *Vermigliol. Cons. Crimin.* 26. *num.* 12. & *Peguera Decis. Crim.* 14. *nu.* 15. De *Commodo Imperatore* à *Materno* larvato petito scribit *Herodot. lib.* 11.

In amęna fęlicique *Serenifs. Ethruriæ Magni Ducis*, ac prope Regia Ditione, saluberrimæ vigent Pragmaticæ usq; ab anno sęculari 1600. iterum typis emissæ 1641. Quibus cavetur, pœna quidem viginti quatuor scutatorū, ac arbitraria, ne *Personati*, alienisq; vestibus induti apud se *Arma* ferre jubeāt vel permittant, ferentibus quoque mandato adstrictis.

ctis. Ne sacras, aut Religiosas Vestes, & absque *Larvis* induant: quoquomodo ne ad faciē, Solis post Occasus pulsum, *Mascheram* aptent, aut servēt, funis tractus duplicis publicè, amissionis vestis, aut decem ducatorum solutionis pęna. Verbo vel facto nullus cuiquam sit conviciosus: ne Templis, ac Cęnobiis, importunis, ac forsan inhonestis verbis, & Garrulitate minus obsequens, iisdem pęnis infligendis, piorum locorum gratia, ac munere. Iis autem in causis, ex officio, ut proferunt Iuristæ, & ex Inquisitione à Prætoribus quibuslibet agendum. *Doctor Marc. Ant. Sabellus* tradit Italicè nella *Pratica Universale* §. *Armi num.* 11. *litt. A. pag.* 33. *&* *litt. M.* §. *Mascherati num.* 1. *&* 2. *pag.* 247.


Vanissima tamen hæc omnia, & momentanea Gaudia seram pęnitētiam tandem exposcunt; Quod optimè *Torquatus Tassus* novit, ac in præcit. Dialogo il *Gian Luca* fassus fuit. Cum eoque, veræ, ac perpetuæ Hilaritatis desiderio flagrātes, jamjam Manum de Tabula.

E ben veggio hor, si come al popol tutto
Favola fui gran tempo, onde sovente
Di me medesmo meco mi vergogno,
E del mio vaneggiar Vergogna e'l frutto,
E'l pentirsi, e'l conoscer chiaramente,
Che quanto piace al Mondo è breve sogno.

Prudentissimè piissimèque igitur invectum in præclarioribus *Italiæ* Urbibus, quemadmodum *Romæ*, ac *Neapoli*, ut solemniori, ac theatrali sacra pompa *Venerabile Sacramentum* fidelium cultui hoc tempore sit expositum, sermonibus additis Religiosissimis, & musicis concentibus, quibus populus ab hujusmodi scurrilibus facillimè retrahitur, spiritusque in Divino amore calefiũt. Quod postremo propè Sac. Cinerum feriam triduo, ubiq; locorum, ut aliquatenus supra significavimus apud *Patres Societatis, Carmelitasque Discalceatos*, laudabilissimi quidem est moris.

Oran-

Orantibus apud illos, ac Processionem ducentibus Viris Patriciis piissimæ Sodalitatis: imò in Urbe, cum clauditur tandem *Sanctissimum* sub custodia, Senatore, Conservatoribus, ac Priore, cum luminibus humiliter adstantibus. Nonnulli enim *S. R. E. Cardinales* in superiori tēpli loculo abditi, sed non omninò ignoti, quod ibidē nō semel vidimus, post martis Vesperas, cum Aulicis quampluri-mis, Prælatis, ac populo innumero, *Bacchanalibus* exemplariter Valedicunt.



SCHEDIASMATIS
Iuridico Philologici
PARS ALTERA
DE CAPILLAMENTIS
VVLGO
PERVCHIS.



Eruditiſs. omniſq; Elegantia Doctrinæ Inſtructiſs. Viro

D. IO: CIAMPINO

Majoris in Vrbe Preſidentiæ Abbreviatori.

Digitized by Google

CAPVT I.

Capillamenti Vsus Variorum in utroque sexu Vetustissimus.



Uæ hic brevi calamo, prout moris est nostri, nec obscurè, ut minima suppetit facultas, disquirere aperuimus, ob rei qua pollent affinitatem, superiora meritò, ac jure sequuntur; cum nimius in præsentiarum, & apud scurrilem Vulgum, *Capillamentorum* usus, in plerisque *Mascherarum*, seu *Larvarum* speciem referat, ac formā sapiat. Quænam profectò jucundior *Personas* gerendi ratio, quàm *Aetatis, sexus*, *statusque* obtectio, atque *Adulterina Coma* simulatio? Qualis aptior in nonnullis *Bacchantium* habitus, vel *Histrionum* Affectus, Capitis indumento hujusmodi adscititio? Adeo corrupta Morum publicorum est

est disciplina, vel nulla, ut plurima quoque utilia Ornamenti gratia tãtum circumferantur; quemadmodũ de *Horologiis* elegantissimis à Proletariorum mulieribus pendentibus insignis Criticus nupèr adnotavit. Verum in materia parata intrepidè procedamus.

Antiquissima prorsùs de iis mentio apud Auctores, ac Magistros, tũ *Græcos*, tum *Latinos*. A primis varia appellatio, præsertim apud *Pollucem, Libanium, Aelianum; Septimium Florentem*; siquidem vocata *Corymbos*, cujus usum *id. Pollux lib. 2. c. 3.* Virorum, ac Mulierum promiscuum prædicat, Atticum vero nomen negat, cum potius *Crobylus*, Coma scilicèt adposititia ab utroq; sexu adoptata, in iis maximè qui raros habebant Crines, illaque Capillorum instar utebantur. At *Eustathius*, clarissimus non modo Scholiastes *Homeri*, verũ de plurimis scitu dignissimis exquisitus Auctor, Capillorum distinguit contextus, in acutum tendẽtiũ, *Crobyliq;* Virorũ, Fœminarũ *Corymbii, & Corymbii: Scorpii* Puerorum no-

nomine merito donat. Nonnihil ex *Demosthenis Orat. de male obita Legatione Budæus in Pandectis.*

Latinis, ac Nostratibus fuere synonima, *Capillus, Capillamentum* absolutè, & *sutile ac textile Capillamentum: Galerus, Galericolus. Coma rursus, adulterina, adoptiva, adscititia, adposita, & adposititia*: quam *Propertius* appellavit *externam*, *Absentem* vero *Martialis*, argutè quoque suo more, *Capitis personam*, ea quæ initio prefiximus roborans. Item *Plinius Reticulum: Caliendum Porphyrius*, & *Papias: Cucullionem* de quo infra, laudati à *Budæo in Pand.* 1. *pag.* 240. *& verb. Pileus. Capillitium* idest *Capillaturam* Jo: de *Janua*, aliique forsan alio modo, ut perbellè observavit *D. Joseph Anton. Gonzalez de Salas ad Arbitri Satiricon fol. mihi* 271. Italis *Perucca*, sive *Pilucca* à pilis, seu à cōgesto in vertice capillo, quasi Flocco, vel *Pilocco*. Post *Salmas. ad Tertull. de Pallio p.* 318. *Ferrarius de Orig. Ling. Ital. pag.* 230. Videndus *Vossius de Vitiis sermonis* 2. 15. *fo. mihi* 257.

Radice Hebraica ex *Rationali*

Lexicon Vox *Para* teste *Covarruvias in Thesauro Hispan.*& *Hieron.*de *Prado in* 24.*Ezechiel.c.* significat *Libertatem*,ac *Cæsariem* : Verbumque *Perrugha* Synochaldęum *Comam*:& *Purghan* , *Præfectum* , *Gubernatorem*, *Dominum in Guid. Fabr. Boderiani Dictionar.* Quam sententiam *Doctissim.ac subtiliss.Episc.Theologus Io:Caramuel in Theol.Regular.*seu ad *Regg. SS.Bened.Basil.Aug.*& *Franc.* p-1. *disp.*13. *de Nazaręis tit. de Capitis Rasione nu.*156.*fol.*97.interpretatur illo *Exodi* 32.*Videns Moyses quod nudatus esset populus;spoliaverat enim eũ Aarõ propter ignominiam sordis,& inter hostes nudum constituerat* . Quę *seq. cap.* Propheta explicat ibi.*Nunc ergo depone ornatum tuum ,ut sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum.*

Vox eadem, seu *Perruque* nunc usu recępta,& Gallicæ originis juxta alios , veluti rei non adhibitę aureo Linguę Ethruscę sæculo,textus non invenit in *Florentino Thesauro* , sive primę,ac patriæ , sive Editionis Venetę:in quo propriè legitur *Capellie-*

ra,

ra, ex *Capillamento*, ſeu *Caliendro*, expoſita *per la Quantità di Capè poſticci*. Nec in *de Orig. & uſu vulgar. voc. Jacob Bourgoing*. Quemadmodum apud *Hiſpanos* Gloſſographos *Cabellera* ſumpta pro *Capello poſticcio*.

In *Capillamenti* voce optimè igitur *appoſititia Coma* utriuſque ſexus agnita; quod probat quoque ex primis Auctorum ſubſelliis pereruditus *P. Ludovic. La Cerda ad lib. 7. Tertull.* ſive *de Fœminarum Cultu*: & jam noverat inſignis Philologus *Adrianus Turneb. p. Adverſ.* 17. Metaphoricè *Arbor Capillata* legitur apud *Plin.* 18. 24. ea ſcilicet, ad quam Veſtalium ferebatur Capillus. Ad cujus præclariſſimam Hiſtoriam jungendæ ſæpe ſunt *Hermolai Barbari* Naris emunctisſimæ Viri Emendationes; quamquam nuper egregia addiderit ſcholia ſatis notus è *Soc. Ieſu* in celeberrimis Galliarum Academiis *P. Arduinus*, qui tamen plurima eo in labore ab operoſisſimis *Claudii Salmaſii Exercitationibus in Solynum eſt mutuatus*.

Nostris Locubrationibus alias forsan similes jam ediderat Germanus Auctor *T. Rangon* primarius in *Berlini*, Brandemburgensis Aulę, ac Marchię Metropoleos, Collegio Professor: quem Fideliter laudatum vidimus in Novissima, amplissimaque *Legali Bibliotheca* Ill. Comitis, ac olim Collegæ, in Aemilia Juri dicundo, meritissimi *D. Augustini Fontana*, Parmensi typo, ac anno 1688. 4. *p.* Neque in cultissimis Urbis Musęis reperire potuimus. Librariæ Pœnus inopia, maximè Aurifodinę Philologicæ, frequens nobis initium dolorũ. Utinam reseraretur instructa illa *Cardinalis Farnesii* Bibliotheca, quã *celebratissimam* post multos graves Viros prædicat in Proloq. *ad Athenæ*. Criticorum summus *Isaac Casaubonus*! Nos tamen diversa methodo, & accuratioribus studiis in argumento impendemus oleum, neminem objecturum sperantes post *Homerum Iliada* scripsisse. Plurima forsan omissa in medium proferemus securi Calumniarum apud Lectores probos, ad quos tantum scribere

mens

mens est. Faxit Deus quod in priscis Auctorum exemplaribus tractandis, quæ Literariam, ac immortalem Gloriam conciliant, *Judicium excellens, Eruditio magna, usuſque non mediocris*, quę tria Criticum Doctumque perficere planum est, nobis immerentibus suppetant.

Ipsius sẽtentiã *Rangonis c. 1. n. 11.* de Coma spuria, seu adulterina primo Fęminis usitata, deinde pravo, ut ait, exemplo, Viris quoq; Refert in eleganti Opusculo Gallico, seu *Histor.* *Dominus* Jo: *Bapt. Thiers* Theologus Doctor, Ecclesiæque *de Champrond.* Parochus *Des Perruques* Parisiis emissa anno 1690. in forma duodecimi. Idq; *cap. 1.*

Dissonat nihilominus *Clearchi*, opinio in venerabili Peripateticorũ Athenęo; quod *Japigii primi faciem attriverint, capiti Galericulum, Comáque fictitiam aptantes*. Habetur 4. *de Vitis: in Dipnosoph. Athęn.* 12. Imo Theologica Lovaniensium Cathedra ad illud Sacrę Paginæ *Decalvabit Dominus verticem filiarum* Sion: *&* *Dominus crinem earum nudabit Isai.* 3. 17.

3. 17. teste prefato *Dom. Thiers. d. cap.* 1. Gallicè interpretatur: *Le Seigneur dechevelerà la Tete des filles de Sion*: e le *Seigneur decouurirà leurs Perruques*. Qui tamen sensus an acceptandus fateri nequimus, nimium enim nostris moribus accomodus, ut philosophicè scribamus, vel prorsùs Litteralis, & minus habens.

Verùm Comas adscititias à *Persis* adhibitas, eos docentibus Medis. *Xenophon Pædiæ* 1. ubi de *Astiagis* Capillitio, quodque *Cyrus* puer ad matrem dixerit: *Quam pulchrum mea mater auum habeo!* scilicet bonum. Venustas enim, quasi Probitatis particula, meditata ab Eminentiss. *Sfortiæ Cardinalis Pallavicini* phantasmatib. initio sui Tract. Italici *Del Bene*: Rediuiuum fortasse ii de Mulierum Crista induxerunt abusum, de quo *Aelian.* scribit 1. *Var. Hist. cap.* 26. post *Posidipum Cyri evo Aglaem Megaclis filiam Comam habuisse appositiam, & Cristam in capite.* Legendi sunt, *Appianus* in *Parthicis*, *Plutarch. in Crasso*, atque *Herodot. lib.* 6. qui Crinitos, & Comatos *Persas* pingit.

De

Digitized by Google

De *Condali* autem supremo, ac eximio Militię Vicario *Aristoteles Oeconomic. 2. ante med.* habet, se accepisse à *Mausolo* ut illi tonderentur, promisisseque *si certam summam in capita contribuere vellent*, ex Græcia capillos *afferendos se esse curaturum. At libenter tribuerunt illi quod postulabat, collectaque est de magna multitudine pecunia copiosa.*

Primum *Hannibalis* inventum inter vividissima sua bellandi Stratagemata putant non pauci. De illo tamen certi habetur quicquid ad rem *Suidas* scribit iis planè verbis. *Hannibal Carthaginensium Dux appostititios paravit Capillos, qui pro insignioribus ætatum discriminibus, elegantiori vestitui convenirent, hisque subinde mutatis utebatur.* Ratio aperta apud *Liv. Hist.* ferę initio sic. *Galli verterunt retro ad Hannibalem ab Romanis odia; petitusque sæpe Principum insidiis, ipsumque inter se fraude, eadem levitate, qua consenserant, consensus indicantium servatus erat: & mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam se ab insidiis munierat.*

Quoad

Quoad *Romanos* exemplum prostat *Caligulæ* de quo *Tranquill.* 11. 16. tanquam nimis libero: *Ganeas atque Adulteria Capillamento cælatus, & Veste longa noctibus obibat.* Et de *Othone* 8. 12. traditum *fuisse Munditiarum pœne Muliebrium, vulso corpore, Galericulo capiti propter raritatem Capillorum adaptato, & adnexo, ut nemo dignosceret.* Excusandus fortasse necessitatis causa, Valetudinis scilicet, quod & Ordini Equestri non insuetum putamus. Communiter enim institutum Superiori, vel Magistratib. obviis caput operire. *Plin.* 28. 6. de Sylla in Pompejum; *Valer. de Gratis. Plutarch. in* Polit. *Problem. & Crassi Vita. Sen. Ep.* 65. Vel caput flectere occurrenti. *Lamprid. in Alex.* & post *Herodot. Jul. Barbaran. in Promptuar.* Eruditiss. *Rerum quamplurium in Re presertim Romana to.* 1. *Tit. Reverentiæ Genera fol.* 144. Ob nimiam vero libertatem locus prostat *Satyrici* de *Messalina* petente Lupanar

Sumere nocturnos Meretrix Augusta
Cucullos;

Lin-

Linquebat comite Ancilla non amplius una
Et nigrum flavo crinem abscondente Galero
Intravit calidum veteri centone lupanar

Rotundos scilicet Capitis tegumentos *Cucullos* in modum Galeę, quo Meretrices passim utebantur, ex veteri Scholio. De qua voce pluries *Martial.* & *Capitolin. in Pertinace*, ac *Claudio*. Eratque *Liburnicus* distinctus ab Eodem *Martiali*, & *Mulionicus*, alias nobis *Griso*, de quo *Cato cap.* 134. *initio*, & *Lampridius in Heliogab. ac Vero. P. Bulenger. de Circo, & Lud. Circ.* 55. Uterque ab *Histrionibus* assumptus, ut vidimus supra in veteri marmore dato cap. 4. *Galerus* autem idem, ac *Galericulus*, adscititium scilicet capillamentum. Lumen ex *Martiali* 14. 50.

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos
Hac poteris madidas condere pelle Comas.

Flavus crinis non quia nigro Matronæ uterentur, ut infęliciter *Servius* im-

impegit ad illud Poetæ de *Proserpina*; sed ne dignosceretur, vel ut formosior eo colore Amantibus appareret. Quemadmodum optimè interpetratur *Octav.Ferrar.*de *Re Vestiar. p.2.lib.1.cap.20.*

Et quo ad consuetudinis vetustatem facit *Divi Asteri* Episcopi *Amasseæ* in *Cappadocia* describentis in fine quarti sæculi Christiani Calendis Januarii cujusdam ineptias, qui *Tunicam ad Talos demittebat, Zonam circum voluebat pectori, calceamenta sumebat muliebria, moreque fæminarum Crobilum*(la Perucca)*imponebat.* Sic ille *Homil.in festum Calend.*

Similia de *Corymbione*, quod perpetuo Feminarum *Capillamentum* dicit *Adrian.Turneb.4.9.* legimus in *Petronii* Satyrico post *med.* ubi *Ancilla*, inquit, *Triphenæ Gytona in partem Navis inferiorem duxit, Corymbioque Dominæ Pueri adornat caput.* Vides quomodo Puerorum quoque, Idemque paulo post: *Huic tristitiæ eadem illa succurrit, evocatumque non minus decoro exornavit Capillamento: imo commendatior vultus enituit, quia*

gla-

glaucum Corymbion erat.

Nec minus aptè *Papinius in Stellæ Epithalamio* ibi

——— *Celsæ procul adspice Frontis honores*

Suggestumque Comæ

recentem fortasse, de quo & Nos infra, attingens morem, quem non pauci *Persicum*, vel *Turcicum* effingunt, sed longius exortum ex *Lucani* eo carmine

Turritaque gerens frontem Matronæ Corona

*Prudentio*que superbiam hanc in *Psychomachia* imponente

Turritum tortis caput adcumulatur in altum

Crinibus extructos augeret, ut addita Cirros

Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.

Et sic *Virgil. Æen. 6.*

———*Qualis Berecynthia mater*

Invehitur curru Phrygias turrita per Urbes.

Qua de causa Mythologi Serpentinos *Furiarum* crines observarunt.

Divus ipse *Hieronym. Epis. 23. Tūc*

cri-

crines ancillulæ disponebant, & mitellis crispantib. vertex arctabatur innoxius lib. 2. Epist. ad Demetriadem luxū objurgans *poliendi Faciem purpurissa, & cerussa ora depingendi. Ornandi Crinem, & alienis capillis turritum verticem struendi.* Sic *D. Paulin. in Epitalam.* in *Iulia & Pam.* Veterem judicans Aegypti formam.

Aut implexarum struæ, Tormentoque Comarum
Torritum sedens ædificata caput.

Qua plane forma in aureis Nummis *Helenæ Augustæ*, inventis Romę anno 1398. cujus thesauro, ex *Thoma Walsingano, reædificatum Capitolium, Castrumque Sancti Angeli*; caput calyptra quadam reticulata, & in cassidis modum protensa tectum. *Tristan. to. 3. Chiflet. in Anast. Octav. Strada, Fleta, Spanhemius.* & *Relat. Mont. Libani*: Cum prętér capillos fronti superfusos, ipsę aures crinesque tecti.

Adulterinum autem existimamus aureum quoque affabrè confectum, & perpolitum, nec dissimili Comæ fuco, *Minoris Agrippinæ* in vicinia recens erutum nobilque *Vest. Frisiam*

co-

cogitantibus ſplendido hoſpitio exceptis *Limburgi* oſtenſum, à *Sereniſs. Naſsaviæ Principe*, pro Hiſpanorum Monarcha, Prefecto Regio: diſſentiunt enim quæ, *Occo, Ericius, Golzius, Auguſtinus, Angelonius*, cæteriq; Venerādæ Antiquitatis ſtudioſiſſimi exhibuere. Et vetuſtum prominens capillare frōtis muliebris faſtigium in Icone *Avenionenſi* apud Patres *Cœleſtinos* oculo non tantum peregrino meditandum.

Faſtigiando nimirum concæpta eſt formula *Hieronymi* per gradus, & ordines, ut in quibuſvis mulieribus, & ordinē nō ſervantibus aſpicimus nunc admirantes: & recitavit jampridem *Sueton. de Nerone cap.* 51. illum deſcribens *Circa cultum habitūque adeò pudendum, ut Comam ſemper in gradus formatam peregrinatione Achaica, etiam penè verticem ſubmiſerit*. Irridetque lepidè *Juvenal.* ibi

Nigrum flavo crinem abſcondente Galero

Qui de *Graccho*, uti Gladiatore, ſeſe Athenis cum Capillitio perſonante, *Sat.* 8. cecinit

Cre-

Credamus tunica, de faucibus aurea cum se
Porrigat, & longo jactetur spira Galero.

Jucundè *Ovid. 3. de Arte*

Fœmina procedit densissima crinibus emptis
Proque suis alios efficit ære suos

Quo fere in sensu *Martial.* de *Hassorum* Regione seu *Cattica* 14. 26.

Caustica Teutonicos accendit spuma Capillos
Captivis poteris cultior esse Comis

De *Sapone* autem, ex cinere & sevo composito, vim usticam habēre glossa est *Raderi pag. 912.*

Propert. eodem ævo, puellas pungens 3. 13.

Illi sub terris fiant mala multa Puellæ
Quæ mentita suas vestit inepta Comas
Nec pudor est emisse palam, venire videmus
Herculis ante oculos Virgineumque chorum

Insectabatur in imbelliori sexu per *Tertullian.* quoque de *Cultu Fœmin.*

Digitized by Google

min. c.7. ubi *Nescio.* sic stylum acuit, *quas Enormitates sutilium atque textilium Capillamentorum, quasi Vaginam capitis, & operculum Verticis*. Ad quem locum *Pamelius n.* 34. ex antiquis Tabulis communem refert in hoc *Belgii* morem, quem tamen post sæculum decimumquartum, & annũ vicesimum octavum ex Concionibus *P. Thomæ Cometę* Flandrię Aunales apud *Meier* testantur.

Mulierum Audacia pugnam nũc videtur arripere cum Sole ipso; cujus cultus apud *Persas* ex *Pausania*, *Mitra* Numinis symbolo Antris prefecto. Quapropter in admirabili *Cavea Puteolana* prope *Neapolim* hujusmodi erutam Inscriptionem refert *Benedictus Falco in Antiq. Neap.* editionis postremæ *fol.* 12.

Omnipotenti Deo Mitræ App. Claud. Farraneus Dexter V.C. Dicat. In Fęminis supra ut Pilei in Viris ex *Servio 9 Aen.* Pietas autem, ac Fortitudo *Iudith.* in *Mitrato* capitis fastigio adversus Vitiorum Phalangem in Fęminis hodiè desiderandę. In eas hęc *Iuvenalis* initio *lib. 2. Sat. 6.* 501.

Tot

Tot premit Ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput, Adromachen à fronte videbis:
Post minor est: credas aliam &c.

Ubi modernũ captat incessum, cum *Hectoris* Uxore procera à priscis mulieribus imitata, de quibus *Pithæus* post *Curionem*, *Theodorum*, *Pulmannum*, & alias Scholiastes. *Non habuit crispãtes Mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos* D. Maria Magdalena ex *Hieron.* censura *ep.* 10. Ex *Anglia* certè Acatholica abusus nuper resumptus, & ad nostras fœminas delatus: ibi enim in Regia *Jacobi II.* Coronationis cæremoniæ, adstantibus cum suis *Mitris* Episcopis, hoc alio ridiculo capitis fulcro, Hæreticorum suffragio, mulieres impiè elusère.

Prompta & *Martial.* censura 12. 23. in *Læliam*.

Dentibus atque Comis, nec te pudet, uteris emptis
Quid faciet oculo Lælia? non emitur

Et *Epig.* 45. ejusdem *lib.* ad *Phœbum* [illegible]

He-

Hædina tibi pelle conlegenti
Nudæ tempora, verticemq; calvæ
Festive tibi Phebe dixit ille,
Qui dixit caput esse calciatum

Primæuus forsan usus ex dura *Calvitiei* molestia degeneravit in Luxum. Colligimus ex *Casaubono* in *Sueton. lib. 7. Othon. cap. ult.* ibi: *Veteres* cum capite nudo *essent & Calvitiem Urbanorum dictis obnoxiam experirentur, ad eam cælandam instituerunt pelles quasdam parare, appositis crinibus humanis, sic ut aptatæ capiti, cutis vera, non Coma adscititia viderentur.* Ad quod faciunt *D. Paulini* Carmina *p. Epithal. in Julian.* & *Jam.* de Virginibus ob mutuatos capillos.

Quæque caput passis cumulatum crinibus augent
Triste gerent nudo vertice Calvitium

Vel caloris primogenii defectu, vel pœna, qua plurimi *Decalvati*, ad cutem scilicet capitis rasi, ut in exemplis *Glossar. Du Fresne to. 2. fol. 15.* & *Vide Bulenger. de Theatro c. 57.*

Consonat *Martial. Epig. 57. lib. 6.*

in ipsum met *Phœbum*.

Mentiris fictos Unguento, Phæbe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calva Comis
Tonsorem Capiti non est adhibere necessum
Radere te melius spongia, Phæbe, potest

Cum picta forent, & varia *Capillamenta*, *Farnabii* sensu; quasi Vnguentum perfusum fila capillorū imitans, dissimulare faceret *Calvitium*. At vide *Junii*, ac *Raderi* Glossemata, hoc loci, & ad 63. *lib.* 10. ubi perbellè, insectatur *Marinus*

Raros colligis hinc, & hinc capillos,
Et latum nitidæ, Marine, calvæ
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt jubente vento
Redduntur q; sibi, caput q; nudum, &c.

Ibiq; finalis aculeus

Tonsor jam reliquos metat capillos
Calvo turpius est nihil Comato.

Idemque inter *Apophoreta*, seu 14. 25. Pecten mordens Calvo anonymo

Quid faciet nullos hic inventura capillos

Mul-

Multifido buxus quæ tibi dente datur?

Quibus ádstipulatur *Adverf.* 25.24. *Hadr. Turneb.*, scribẽs quod; *qui olim erant toto capite Calvi, sibi solebant Vnguento perfusi, velut fila Capillorũ imitari.* Et longius prosequitur. Quã deformitatem exemplo *Cæsaris, Tiberii, Caligulæ, Galbæ, Neronis, Pisonis, Cęsonis Cabarutii, & Sileni P. Theoph. Rainaud.* perstringit *in Laude Brevitatis sect.* 9. *to.* 13 *fo.* 503.

Calvitiei tamen Encomium apertum apud *Synesium Cyrensem Episcopum* peculiari Oratione: certe, ludicra, sed cuicumque ex seriis, Elegantię nitore, subtilitate rerum, argumentorumque varietate, pręferenda, ut in ejus Notis doctissimus *P. Dion. Petavius.* Rursus *Lud. Hemboldi Iocus* carminib. expressus, & *Baldi Poetæ Ecloga* apud *Casp. Dornavium in Amphith. Sap. Socrat. Iocoser. to.* 1. *fo.* 290. Cui natiuo, aut adscititio incommodo, nec semper *Capillamentum* profuit.

Calvitiei ejusdem causas, effectusque, pulchrè, ac plenè modernus

Digitized by Google

Philosophus, ac Philologus *Isaac Cardoso* tradit *Phil. Liberæ lib. 6. quæst.90.fol.663.*

Hinc Rufus *Avienus* Poeta Christianus, qui eodem anno, ac die obiit quo *D. Augustinus*, ex *Luitprand. in Advers. nu.200. ac Hallevord. in Biblioth. curiosa*: Carm. scilicet 30.

Caluus eques capiti solitus religare capillos
Atque aliam nitido vertice ferre Comam
Hujus ab adverso Boreæ spiramina præstant
Ridiculum populo conspiciente caput
Nam mox dejecto nituit fons nuda Galero
Discolor apposita quæ fuit ante Coma.

Idem prorsùs nonnullis hinc annis accidit, *Angliæ* Regnum Nobis peragrantib. & coram, *Londini* in platea amplissima, vulgò *lo Strangh.* Equestris ordinis Juveni Mediolanēsi *Capillamenti* proprii parum cauto, qui, eo longissimè, vi Ventorum abstracto, Domicellas quamplurimas in

in Rhedis ad risum excitavit. Nec immerito, quia, ut scitè *Ovid.*

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Idem ferè *Ambros.* 6. *Hexam.* 9. & de Calvitio *Elisei*, à pueris parvis illuso 4. Reg. 2. 23. quemadmodum de preciosa *Absalonis* Cæsarie 2. Reg. 14. 25. plura *Cornel. à Lapide*, quo nemo profectò melius, in sacror. Libror. Interpret. & Glossematib.

Luxus quoque, & Simulationis forsan causa, cæptum est primum à studio, & fuco vanissimo Juvenes personandi *Capillos tingendo*: quem argutè satis more suo gastigat *Martial. Epig.* illo quod est 43. *lib.* 3.

Mentiris juvenem tinctis, Lentine Capillis,
Tam subitò Coruus, qui modò Cycnus eras.
Non omnes fallis, scit te Proserpina canum
Personam capiti detrahet illa tuo.

Quia quasi primitiis Orco initiari, & à *Proserpina* tōderi morti propin-

quos credebant Veteres. Vnde *Virgil. Aen.* 4. difficilem putans Mortis causam in *Didone*, sic cecinit

Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, stygioq; caput damnaverat Orco,

Et *Horat.p.28.*

————————————-nullum
———sæva caput Proserpina fugit.

Quem propè fæmineum ritum in Viris gravissimè coarguit *D. Alex.* Clemens 3. *Pædag.* 3. Ita *Pilos autem tingere, & canos ungere, ac coloribus oblinere, quib. perditi Androgyni effæminatique homines utuntur, muliebresque pexus omnino dimittendi sunt: putant enim se, sicut serpens, posse senium capitis exuere, dum seipsos pingentes transformant, ac renovant. Sed & si pilos callidè circumscribant, rugas tamen non effugient: sed neque mortem latebunt, & si tempus per artem emẽtiantur.* Quam christianam censuram sedulo deberent legere, ac menti mandare ex nostratibus non pauci scioli.

Hinc opportunius ad *Perucharũ* usum

usum transitum. Ipse quoque *Martialis* 69. lib. 5.

Arctoa de Gente Comam tibi Lesbia misi,
Ut scires quanto sit tua flava magis,

& *Epig.* 126. *ad Paullum*

Jurat Capillos esse quos emit suos
Fabulla. Numquid illa Paulle dejerat?

Quibus accedunt in senem qui juvenis videri volebat *Petri Aegidii* ludicri Versus

Tonsorem canos evellere jusserat omnes
Nuper cum sponsam duceret Aemilius
Tolleret ut multos, quos jam compleverat annos,
Et duodenarum tempus Olympiadū.
Mox ubi ducta domum conjux rixosa; marito
Imperat: ut puerum tractat, agitque virum,
Namq; negat quoties Dominae parere capillos.
Involat in nigros impetuosa Viri.
Sic denudatur canis nigrisque capillis
A Tonsore senex, à muliere puer.

CAPUT II.

Capillos quęcumque improbata fucandi, ac Tingendi ratio.

CApillorum Nutritio quęlibet, Tinctio, sive Adulteratio *Medeæ* inventum ex *Clem. Alex.* à *Cleopatra* exequutum Sapientibus, ut aliquantulum ostendimus, semper exosa. Hinc *Paridi*, tanquam effæminato, ab *Hectore*, ac *Diomede* Coma objecta *Iliad.* 3. & 11. Sic *Theseus* ignotus Athenas pexa veniens Coma dicterio à fabris lignariis exceptus. Et grecè legendi, *Philostratus in Heroicis*, & insignes ad rem *Phocylidis* versus. Rursus de oblāda apud Nostrates *Rogieri* Metamorphosi *Areostus*.

Humide havea l'inanellate chiome
Di più soavi odor che siano in prezzo.

Et de *Rinaldo* in Hortis *Armidæ* perpetuus noster *Homerus, Torq. Tassus*

Con delicato culto adorno spira

Tut-

Tutto odori, e Lascivie il crine, e'l mento.

De hoc Fęminarũ, præsertim Italicarum, mentito ad Solis radios splẽdore, videndus *Tho. Bartholinius de Luce Homin. ac Brutor. cap. 10. p. 1.* & nonnulla de *Tinctura* apud Jo: *Nicol. Pechlinium de Habitu, & Colore Aethiopum cap. fin.* Vitium damnatur, in *Suidæ* pręsertim Apophtegmatibus; cum scribat *Illud Philippi, qui fuit Alexandri pater, exemplum est insigne; Dum enim Antipatrum quemdam de suis Amicis, quem in Judicum numerum retulerat, Barbam & Comá tingere vidisset, ac fucare, à judicio removit dicens: In Capillis Infidum, in rebus agẽdis fide dignum ne puta.* Ejusmodi emptitia fuit Coma à *Lucilio* Epigrammatario *Nicyllę* cuidam objurgata sic planè.

Tingere se peribent quidam Nicylla capillos,
Quos mercata atros ipsa foro extuleras.

Id sanè dolendum Poetę in Græco opere, quod *Anthologiæ* pro-

 stat

ſtat nomine, ſibi à vetula *Capillorum tincturam* objectam, cum illa nigros in platea comparavit.

Inſulsè imitantur Viri nonnulli in hoc languore ſtultiſſimas mulierculas, quæ, *Nazianzeno* declamante in *Funere Patris ſui; Natura pulchritudine carentes, ad colores confugiunt, theatricèque ſic loquendo, comptę, atq; ornatæ ſunt; ob venuſtatem invenuſtę, ob affectatam formam deformes.* Veterem in hoc inſaniam deſcribit *Caſ. Barthius Adverſ. to. 1. fo. 160.* Fuſiùs tamen *Had. Junius* Hornanus Medicus in aureo ſuo de *Coma Commentar. cap. 7.* & plura in admirabili *Io: Tardini* Turnon. Medici *Diſquiſit. Phyſiol. de Pilis.*

Nec minus jucundum quod *Lampridius de Commodo Cæſare* poſt medium notat, *Comam, & Barbam aduſſiſſe timore Tonſoris*, cum paulo ante obſervaſſet *Capillum* ejus *fucatum ſemper, atque ramentis auri illuminatum.* Quemadmodum *Jul. Capitolin. in L. Vero* ſub finem iis verbis: *Dicitur ſanè tantam habuiſſe curam flavétium Capillorum, ut Capiti auri rora-*

men-

menta resspargeret, quo magis Comæ illuminata flavesceret.

Color enim flauus *Germaniȩ* prȩsertim *Inferioris*, ubi admodum speciosus nobis eas oras peragrantibus visus fuit, quandocumque commendatus, & à Romanis fȩminis magni factus. *Ovid.* non latuit *Amor.* 1. *Eleg.* 14.

Nunc tibi captivos mittet Germania Crines
Culta triumphatæ munera Gentis eris
O quam sæpe Comas aliquo mirante rubebis!
Et dices empta nunc ego merce probor.
Nescio quam pro me laudat nunc iste Sicambram
Fama tamen memini quum fuit ista mea.

Heroum quippe, *Meleagri, & Menelai* exemplo Deorumq; proprius, *Homero* veterisque Poetis Grȩcis, ac Latinis probatissimus, testimonia producente prȩfato *Casp. Barthio Advers.* 58. 17. *fo. mihi* 2759. præsertim *Horatii* ibi

Quis multa gracilite puer in Rosa
Perfusam liquidis urgat odoribus?
Graio Pyrrha sub antro
Cui flavam religas Comam

Catull. de Berenice
Devoti flavi verticis exuviæ.

& *Statius de Atalanta*
———— ———— ———— *vertice flauum*
Crinem sparsa Notho ————

Matronis tamen dedecori, Meretricibus verò aptum, Romanorum more, à *Servio* discimus *in Virgil.* iis verbis *Matronis nunquam flava Coma dabatur, sed nigra. Didoni ergo dat ut turpi.*

De quo Colore in *Capillamentis* hęc *Petronius in Satyrico: Evocatum me non minus decoro exornavit Capillamento, imo commendatior Vultus enituit, qui flaucorum Corymbion erat.* Legeremus potius *flavorum.*

Menander Comicus in suis auro dignissimis, quę merentur cedrum, *Fragmentis*, Fæminarum superbiam Lasciviæ fontem taxat, ascititiis, ac consimilibus utentium, eundemque colorem sic pertingens:

At nunc recede ab ædibus: nam Fęminam

Fa-

Facere Pudicam non decet flavas Comas;
Sed neque genas fucare, Oculos pingere.

Fuluus in puero *Achille* commendatus in arguto *Statii* Disticho illo; *Achill.* 1.

Dulcis adhuc visu niveo natat ignis in ore
Purpureus, fuluoque nitet Coma gratior auro.

At *ruber* Crinium *color* perversi pravique plerumque animi prognosticon. Superfluum quoque denotat Menstrui, ex Physiologis, ac Philosophiam profitentibus naturalem cōmuniter: inter quos egregiè *Porta*, *Phys.* 4. 10. & *Isaac Cardoso* Judæus. Plura apud *Pier. Valerian. Hotoman.* aliosque simul exaratos de *Coma*, & *Barba*: *Langium in Polyanth. Novissimar. Noviss.* verbo *Coma*, & *Joseph. Laurent. Polymathiæ lib. 3. Synopsi. 7. pag.* 225.

In *Christo Servatore* Cęsaries subflava, & quodamodo crispa. *Mich. Neand. in Apocyph.* At, Naturalis Co-

me

mæ non pretereundum *D. Ambros.* elogium 9. *Hexaem.* ubi *Coma* inquit, *est reverenda in Senibus, veneranda in Sacerdotib. terribilis in Bellatoribus, decora in Adolescentib. compta in Mulieribus dulcis in Pueris.*

De ipsa plura plurimi.

Capillorum itaque jampridem, vel nulla, vel in paucis cultura. Intonsi, ut plurimum, & Criniti *Gell.* 3. 4. Nonnulli tantum ex *Censorino* pro bona corporis valetudine crinem Deo sacrum pascebãt. In Luctu Vestis obsoleta, Capilli, & Barba promissi. *Liv.* 3. 7. Romanis Tonsores nulli ante P. *Ticinum*, qui è Sicilia eos primum Romam adduxit, anno ab *V.* C. 454. ex *Plinio* 7. 59. Servi tamen rasi, & Sacerdotes Ethnicorum, de quib. *lib. ult. Apule.* Hi Capillum *derasi funditus, vertice pænitentes magnæ Religionis terrena sidera ęreis, & argenteis, imò vero aureis etiá sistris argutum tinnitum constrepentes.* Ad ignominiam, & plurimi Delinquentes hodie pœnitus rasi, iisque prę̨stito speculo ad eruendam veri-

ta-

tatem in pœnalib. Vigiliis, probat *Scannarol. de Visitat. Carcerat.* & nostrę Necessitudinis ornamentum, *Franc. Ptolemæus*, *de Pœnis.* Apud *Theophrast. Ctesippus* ter die tonderi solitus: deinde ob paupertatem mutatus, de qua *Stobæus* Serm. 32. *Pollux* 6.17. *Menander*, & alii. *Gręcique* in Mortuorum honorem aliquando tonsi. *Homer. Odyss.* 4. & plura colligit *idem Laurent. Dissert. 6. pag. 98. & duob. seqq.* Mortuisque Crines oblatos notavit *Kirchmann. de Funerib.*

De Modestia *Clericorum* servanda in *Capillis* agemus infra.

CAPUT III.

Gallis, Britannis, & conterminis Gentibus rediviva Capillamenti *consuetudo* ad Nostrates delata.

IN utroque sexu *Perucharum* usũ semper viguisse censemus, eumq; Morum corruptelam vocamus; diversimodè tamen in Fæminis, quibus caput opertum erat, *Apostolo* adverten-

tente 1. *Corinthior.* 11. cũc enim haud integrum *Capillamentum*. Alicubi tamen id obſoletum non inficiamur.

Gallorum celeberrima ac ampliſſima Regio, uno tantum nomine, dicta jampridem *Comata*, Auctor eſt *Plinius Hiſt.* 4. 17. ex adhibita nimirum in Capillis cultura, ut notant *Strabo*, *Mela*, *Solinus*, & poſt cũctos Geographicam profitentes *P. Nic. Giannettaſius* optimè, ac Recentiorum innumeri. Naturali *Capillitio*, ſeu *Comæ* prolixitate ea Gens horribilis ab *Alex. Clem.* 3. *Pædag.* 3. ita deſcripta *Galli, & Scythæ Comam nutriunt, ſed non ſe immodicè colunt. Et terribile quidem prę ſe fert denſum Barbari Capillitium, & flavus ille color bellum minatur, ut qui videatur cognationem habere cum ſanguine*. Vbi cauſam aperit. Et inter *Gothos* longum Capillitium, excæpta tantum Pœnitentiæ, & Luctus circumſtantia, Nobilitatis, & Gloriæ nota. *Jornandes* affirmat in ſua *Gothor.* ſive *Getar. Hiſtor.*

Franciſc. Hotoman. Franco Gallię cap. 9. ſcribit, Reges Principeſque

San-

Sanguinis pro lõgis Capillis jus habuisse: ibique titulus *De Jure Regalis Capillitii*. Viguit hoc ad medium usque sæculi duodecimi, quo illius Regni Monarcæ juri hujusmodi renunciavere, *Petro Lombardo* Parisiensi Episcopo, Viroque satis claro suadente: Jo: *Bodinus* omnino legendus refert 4.*Reipubl.*

Eodem plane sæculo, secundo scilicet supra millesimum, consuetudo Regno Neapolitano infixa memoratur; siquidem vetustus Auctor Vitæ *D. Bernardi Marsorum Episcopi* laudatissimi, relatus *Ital. Sacræ P. Abb.Ughellii to.1.Hic*, inquit, *Clericus ferebat Murenulas, & Armillas, hic Turritum, ille caudatum portabat caput.* Quæ cuncta ægrè in fœminis hodie refloruere.

Apertissimè autem *Capillamenti* usus, ætate summi Theologi *Alexandri de Ales*, anno quadragesimo ultra millesimum, ac ducentesimum. Ipsemet fatetur *Summæ p.4. qu.48. memb.9.*

Sæculo quoque Eximii, & Sanctissimi Concionatoris *Divi Bernardini*

Se-

Digitized by Google

Senēſis ducētis,& quinquaginta hinc annis. Habetur in ipſius *Sermon.47. Fer.6.poſt Domin.Paſſion.* Caudęq; per Diabolum nimium dilatatæ Muliebrium Veſtium,Evangelica Eloquentiæ Vi ab eo perſtringuntur.

Dubitarunt ambo, Vtrum *Capillamenti* hujuſmodi ſatis vana delatio Peccati læthalis notam inferret? Quo in articulo negativum eſſet noſtrum reſponſum, tum ob neceſſitatem in nonnullis; tum ob luxum, & morem paſſim invectum in aliis,pręſertim Locupletibus, & Nobilibus. Et frui *Perucham* privilegiis *Pilei* habemus pro comperto, in quo, ſi unus tantum ſuppetat, non fit executio,& ſi ſit magni valoris: ſecus ſi duplex, cum alteruter ſtare poſsit ad commodum Creditorum,per tradita à *Rebuffo* in *l.verbo Victus col.3. in princ.ff.de Verb.ſign.& Aſin.l.cum in diverſis 44.ff.de Relig.&c.*& cum Debitor non nudandus in corpore ex *Alberic. ad l.2.ſub num. 5. verſ.ſi vero quod ad l.Rhod.de Jactu,*nec in capite,in quo Membrorum eſt Principatus.

Had

Had. Junius, qui elapsum sęculum extinctum vidit, *Fuisse olim*, scribit, *in usu, & appostititiam Comam legimus; quemadmodum nec dum in Anglia antiquatum apud Matronas videre est.* Sic in præfato suo *Comment. de Coma cap.* 1. Hagæ Comitum ante annos quindecim in domo, ac Bibliotheca valde culta sui affinis, pręclari quoque Viri, *Isaaci Vossii*, Londini eo tempore Nobis satis noti in Aula *Eminentissimi D. Thomæ Philippi Houvardii* de *Nortfolcia*, *Franciscum Junium* præfati filium, semel, ac iterum alloquuti sumus, in ætate, ut audivimus, constitutum propè sæculari, scientissimum, ac humaniss.

Rursùs *Hadr. Turnebus*, qui fatis cessit anno 1565. scriptum liquit in *Advers.* 4. 19. *Comas appostitias flavas plerumque Mulieres, mentito decore formam quęrentes, præsertim in aulis sibi adjecisse.* Gallus Auctor in Galliis degens, intelligendus profectò de *Gallorum* Gente. In cujus Linguæ ridiculum quemdam (*Lali* nomine) affectatorem facetè invehens pius Christi Martyr, Angliæ

Can-

Cancellarius *Thomas Morus*, consuetudinem haud recitat in eo eleganti Carmine, quod *Simon Majolus Episcop. Vulturar.* trāſcribit *Canicul. to. 5. pag. 543* ubi ſic inter plura:

Spernit tamen Lalus Britannica omnia
Miratur expetitque cuncta Gallica
Amatque multum Gallicas Lacernulas
Zona, Locello, atque Enſe gaudet Gallico
Filtro, Bireto, Pileoque Gallico
Et Calceis, & Subligare Gallico
Totoque denique apparatu Gallico
Nihil de inſueto Capillamento.

Antiqua monumenta non pauca *Gallicam Gravitatem* univerſim celebrarunt. Fatetur *Caſp. Barth. Adverſ. 56. 8. fol. 2643.* de peritia ejus Equitando præ cæteris Nationibus. *Eginhard. in Caroli Magni Vita.*

Gens iſta à Mollitie abhorrens, militariſque tolerantiæ admodum tenax, Comas enutrire, ac *Peruchas* adhibere poſt *Pharamundi* prolem, quam *Comatam* appellavere per longiſsimum tempus, profectò diſtulit; etiam-

etiamsi *Clodomirus* Rex à *Burgundis* in prælio cæsus, ex longo *Capillamento* conspicuus, & agnitus à *Tillio* 2.*de Reb.Gallicis* describatur. Unde apud *Gallos Francosque* Regium Capillitium nonnunquam decentissimum, & maximè habitum: quod eleganter P.*Jacob. Masenius* in *Exercitat.Orator.Discept.*3.pro Capillatis & contra. Et vetus observandum *Claudiani*, testimonium illud ad *Stiliconem*

——— ingentia quondam
Nomina crinigero flaventes vertice Reges

plurimis propterea commendata *Perucha*, quasi morigeratissima, quia caput servat intectum, quanquam id, non majorum, vel æqualium, sed ipsorum Capillorum gratia. Et consulendus Italicus Auctor *dell' Anatomia dell' Amor profano*.

Cum tamen ad vulgatius Regum exemplum sese exæquent subditi, incomptos diù credimus ipsorum Capillos. Pleræque conspiciuntur ejus Regni Monarcharum Imagines brevem habentes Comam, & nullo modo

do suppositiciam, quod patet in insigni Bibliotheca, & Gazophilacio *Sanctæ Genovefæ* RR. PP. Canonicorum Regularium *Lutetię*. Cujus descriptio elegantissima nuper prodiit Gallicè, auctore *D. Molinet* in fo. Regum vero Icona prostant quoque Romę in insigni peristylio Patrum Minimorum Gallorum, ad *Sanctiss. Trinitatis* in Monte Pincio; quemadmodum exaratæ, eadem plane forma in *Abregè de l'Histoir de France* per *D. Verdier* 1670. In *Abregè Chronologiq. D. Riencourt. in Sommaire Royal D. Bon Vir*, ac in *Abregè Chronologiq. D. de Mezeray*. Et sanè Coma, ac Barba Franciæ Principibus olim Sacrosancta ex *Gundebaldo* 3.6. *Rhenano*, ac *Greg. Turon. ab Ant. Hotomanno* in suo pereleganti de *Barba Dialogo* agnita *nu.* 19. qui morem veluti postmodum minus decentem, & *Petri Lombardi*, suasionibus, ut scripsimus, ablatum affirmat. Quemadmodum olim Sacerdotibus. De utrisque Comæ lenocinia negligentib. *Junius cap.* 3. *pag.* 348.

Cultissiima quoque *Aragonensibus*

Mo-

Monarchis in Regno Neapolitano post *Alphonsum* Coma, & adeò protensa, ut nonnullis visa supposititia: quod ex eorum Actis, ac Imaginibus planè constat. Idque ad *Caroli V.* Imperatoris ævum, qui minuendo capitis dolori, Cæsariem, cum in Italiam ad Coronam capessendam migrasset, deposuit. Cujus exemplum Aulæ primores imitati fuere, & præsertim Jo: *Austriacus*; Is enim erectum natura ad lęvam temporum partem habens Capillum, crinem omnem revocare manu cæpit, sic eo universim placens frontis additamento, ut retinendi sustinendique *Capillamenti* hinc usus emissus, gestandęq; *Austrię* hujusmodi capitis suggestus alicubi dictus. Elegantissimè *P. Famian. Strada Belli Belgici lib*.10. *Dec*. 1.*fol.mihi* 370.*edit.in fol.*

Descendendo autem ad argumentum, cũ nil aliud suppetat ex Historiarum fontibus, ad *Regis Ludovici XIII*. cognomento *Justi* æuum, prope annum scilicet labentis sæculi vigesimum nonum, obrasum caput, ac Barbam, usumque *Capillamenti* sę-

ſere communem, ac rediviuum patet Majoribus, ac Noſtratibus, tum ex viſu, tum quoque ex auditu. Meminitque *Dominus de Mezeray in ſuo Breviario Hiſtorico*. Additque *Dominus* Jo: *Bapt. Thiers in prelaud. Hiſt. cap.* 2. primum cæpiſſe parvas, ac diminutas *Peruchas*, poſtmodum integras, & laxiores ad Aulicorum guſtum ratione fulcitum, ex more detecti omninò capitis coram Rege. Poterat autem explicare commoditatem, nec non pro Luxuriantibus, ac Infirmis. Recitat quoque publica Proclamata pro Barbitonſoribus, & *Capillamentorum* Artificibus (ſeu *Peruchieri*) in Galliis expertiſſimis, duobus millibus numero Lutetiæ tãtum adſcriptis anno 1659. Qui tamẽ ſunt notabiliter aucti anno 1673. Mos vero utendi *Peruchis*; in Eccleſiæ Viros, ſeu ſacris addictos effluxit anno 1660. brevioribus tamen, & puto rotundis, quas ibi vulgo vocant *Perruques d'Abbè*, de quibus *cap.* ultimo.

Varias elegantesque Veſtiendi, & Ornandi formas per Univerſam Euro-

ro-

Digitized by Google

ropam Christianam hinc longè induxerunt *Galli*, & aliquantulum *Angli*, quos Gentes pleræque sequuntur, ac imitantur libentissimè. Id actum in *Capillamentis*, quę ex eo tempore usu recepta, & ferè communia. Aetas quælibet, sexus, status passim usurparunt. Hispani tantum, custodes morum grauissimi, primum induerunt Ruri, & vix in Urbibus; At paulatim ipsi quoque assuefacti fuere.

Imo cum Vitia ubique remediis potiora ex *Plinio* 2. *Ep.* 20. eò Luxurię deventum hodie, ut, ordine quoq; turbato, pro etarii cives, *Negociatores*, quorum vita fraus, & periurium ex *Salviano de Provid. Dei*, Mechanici, eorumque Vxores, ac libe i, cum preclaris, præciosis, ac Nobilium, & Principum *Peruchis* prodire minimè erubescant.

Aequales habitus illic, similemque videbis
Orchæstram, & populum clari velamen honoris
Sufficiunt Tunicæ summis Aedilib. albæ
Hic ultra Vires habitus, nitor? &c.

Mores adeo corrupti, ut magis


etiam bilem excitassent Poetæ *Sat.* 3. *v.* 176.

CAPUT IV.

Virorum fama præstantium hujusce Moris Censura.

NAturales Capilli in capite nudo, & perpolito jure, ac meritò commendati. Insignis est locus de *Circe* puella in *Petronii Satyrico* non longè à mutilo fine *fol. nobis* 71. ibi *Crines ingenio suo flexi per totos, &c.* & infra melior: *Quæ radices Capillorum retroflexerat*; curavit enix sagax puella, ut radices adspicerentur ne adscititii forent, ut egregiè ad eum textum *D. Joseph Anton. de Salas pag.* 365. Similia videnda sunt apud *Lucian. in Dialogis Meretriciis*, ac *Aelian. de Var. Histor.*

Ex Patribus autem discimus *Monachos* primùm *Comatos*, antequam Rasura, ac Tonsio in iis probaretur. *Est & alia, Epiphan.* verba *Hæres.* 80. quędam *vivendi forma, qua istiusmodi venerandi nostri fratres utuntur, qui in* Me-


BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE ROMA VITTORIO EMANUELE

Mesopotamia in Monasteriis, quæ mandras appellant, domicilium fixerunt, qui & Comas muliebrem in modum promittunt, &c. Idemque in *Synopſ. Nonnullis vero prolixior Coma placuit.* De Op. Monachor. *D. August. cap. 31. Nam & hoc quo pertinet, quæso, tam apertè contra Apostoli præcepta comari? an ita vacandum est, ut nec Tonsores operentur; an quia Euangelicas volueres imitari se dicunt, quasi depilari timent, ne volare non possint: vereor in hoc vitio plura dicere propter, crinitos fratres; quorum præter hoc multa, & penè omnia veneramur. Illi enim venalem circumferentes hypocrisim, timent ne vilior habeatur tõsa Sanctitas quam Comata, ut videlicet qui eos videt antiquos illos quos legimus, cogitet Samuelem, & cæteros qui non tondebantur.* Sic eorum S. Doctor fallaciam perstringit.

Horrent econtra homines, & jura, *Capillis, & Barba* carentes: de quib. eleganter Jo. *Baptista Porta* aliique Physiologi. Quod si ex nimia Venere, & alia seclusa causa id acciderit, ineligibiles ad Ecclesiasticas digni-

tates, quas Prælaturas vocant, probant *Majol. de Irreg. 19. 4.* & plures apud *P. Tamburin. de Ju. Abb. disp. 5. q. 21. nu. 20. vol. 1. fol. 57.*

Esse in *Capillis*, vulgari Adagio, idem olim erat, ac in *Virginitate* esse. Docent Jura *Longobardorum l. 2. tit. 14. l. 20. & 24.* & est Vocabulum valdè tritum in *Regno Neapolitano* de quo satis abunde *Carol. du Fresne in Glossar. Med. & Infimæ Latinitat. to. 1. pag. 794.* Ratio peti posset ex *Virgilio*, apud quem Puellarum caput tunc nudum. *Aen. 11.* ibi

Virginis os habitumque gerens, & Virginis arma
Spartana, dederatque Comam diffundere Ventis.

Capillaturam quoque incongruã, Veneris preludium appellavit quidã Vir pius, teste *D. Gastone Chamillard* in elaboratis suis de *Corona, & Clericali Tonsura* Lucubrationibus. Viro Nutritio ignominiosa, ut in *Laude Brevitatis P. Theoph. Rainaud. sect. 9. §. 2. to. 13. fol. 505.* & vide eund. *De Pileo sect. 3. fo. 593. d. vol.*

Satis autem vulgatum contra Coma-

matos, ac similes Clericos libertinos Distichon in *Praxi Fori Pœnitent. Reginaldi*, quod *Eminentissimo Turrecremata Cardinali* tribuitur

Fusius ut peterent Laici sub Imagine Romam
Fas fuit ut sinerent luxuriare Comam.

Nec obliteranda grauissima *P. Caroli Scribanii* quærimonia *cap. 6. Christianæ Philosophiæ fol.* nobis 258. iis verbis: *Capillaturæ totius Structrices quærũtur, nec tenui satis est pectine, discriminatè itur ad ferrum, & ignem, ne quid crispando desit. Vertuntur, & capilli croco, & pulueris aspergine, & lixiviorum non uno genere: quasi ętatis & gentis pudeat; ita annos patriamque capillo transferimus. Accedunt exuviæ capitis alieni, forte immũdi, nocentis, & gehennæ destinati.*

Ratio varia propterea, ac modus multiplex *Capillos* ornãdi, ac radendi, quæ petenda est fusissime à *Jo. Hofmanno* in suo *Lexico Vniversali*, ubi omnis Eruditionis ubertas *t. 3.* sive *primo continuat. à fol.* 560. Vanitatem, ac Luxum. damnans *Elias*

Schedius, refert *de Diis Germanis Syntag. 2. cap. 4. fol. 265*. Et paucula quędam *Salas ad Arbitrum* paulo ante laudatum *pag. 51. lin. 5. fol. 269*. Simplicis Torturæ, seu Crispationis meminit *lib. 4. Martian. Capella* ibi: *Femina, cui Crines tortuosi, decentique inflexione crispati, & nexiles videbantur*. Quæ Tortura cum *Capillorum Compositione* in Londinensi Concilio anno 1138. *cap. 15*. Sancti monialibus indicta. Quoad *Capillamentum* vero, Capillorumque ornatum latissimè scribit *P. Ludovic. Cresolius in Mystagogo lib. 4. cap. 12. & seqq.* & videndus Eruditus *Thomas Reinesius in Epist. ad Christian. Adam Rupertum Epist. 35. pag 261. circa fin. edit. Lipsiens. anni 1660 in 4.*

Coma Viro, non modo haud nutrienda, aut ornanda, verum potius tondenda. Id Valetudini, ac Visui proficuum *Cels. lib. 2. & Galen. 6. Epidem.* scripsere. Quod *Aristoteles, ac Pausanias* exemplis probant. Vnde forsan *Hebræorum, Turcarum* omniumque *Orientalium* consuetudo, teste *Cardoso Phil. Liberæ 6. 39.*

ubi

pura. *D.* autem *Paulin. Epis. 4. ad Severum Perfectus*, inquit, ad Apostoli doctrinam respiciens, *Fidei, ac Disciplinę Magister indecorum docet Viro crinem, quia abscondi non potest caput Viri Christus, quod est, & illa supra montem ędificata Civitas, in Ecclesia quę Corpus est Christi. Itaque Viro dedecus, fæminæ decus est.* Clarius ad materiam *D. Asterii effatum in Homilia Festi Calendarum* satis noti, in qua *Crobyli* (jam supra explicati) usū Hominibus interdixit, Mulieribus autem concessit; ipso parum honestum in præstantibus Militibus putante, quod more Fæminarum capiti Crobylum imponeret. Quod si hodie ipse resurgeret, ac videret, acrius exclamaret.

Tonsio itaque cuicumque commendata, quemadmodum *Ascetis Rasio*; hæc alias ignominiosa, in pœnam *Furti, Incendii*, similiumque delictorum, & ad veritatem eruendam in *Sagis*, *ac Veneficis* per torturam examinatis, ac silentibus. *Henric. Salmuth in Notis ad Pancirol. pag. 389.* de Jure Saxonico, & Longobar-

Digitized by Google

do. *Gunther* qui habetur pro Germano *Virgilio 7. Ligur. V.* 285. historice prorsus cecinit

Servus deprœhensi convictus crimine furti
Si furante fuit, probrosa morte peribit:
Sin minus, abraso signatus vertice frontem
Verbera dura feret, &c.

Ibique similia de *Armigero, ac Institore: & V.* 299.

Si quis pacificæ plebis villasue domusue
Vsserit abraserit, signabitur ora capillis.

Adversus *Capillamentum, seu Peruchas* deferentes emisit majores Censuras *Concil. Constantinopolitanũ in Trullo can.* 96. In quo narratur cũ dolore, *Mulieres Capillorum cultu naturali deserto, Comis Mortuorum se densissimis subornasse contra D. Petri Apostoli monitum, quod mulieribus non sit extrinsecus Capillatura*: ubi *Zonaras, & Balsamon* plura, quos vide, prauum illum flentes morem. Et *P. Christianus Lupus* in Scholiis, *Tractatum*

tum laudat *Patrum Predicatorum Constantinopolitanum* aduersus veterem Græcarum Mulierum fastum sese Capillis defunctorum ornandi. Hodie forsan pejus, dum Viventium in *Belgio* in Peninsula *Scandinaviæ*, & alibi Viuentium venduntur *Capilli*, ex quibus *Galli*, & Nostrates conficiunt, vel texunt *Peruchas, seu Galericulos*. *Eliberina Synodus cap. 67.* statuit *Nequa fidelis, aut Catechumena, aut Comatos, aut Viros Cinerarios habeat.* Quam vocem obscuriorem, ornamentum attingens aureorum, ac rutilium Cinerum *Tertullian. Lib. ad Vxorem* usurpavit, peritos illos Capillaturæ structores appellans *Germanicos Bajulos, & peregrinæ proceritatis Cinerarios*. Idemque *Lib. de Fæminarum Cultu* videndo *cap. 7.* eundem reprobat Mulierum presertim Latinarum excessum, progrediēs *cap. 11.* ad Nobiles, & opulentas ex Gentilitate conuersas.

Et quæcumque Capillorum irrufatio, *Infernalis Ignis exordium* vocatur à *Divo Hieronymo* similē vanitatem damnante in Epistol. *ad Mar-*

cellam, seu *Ep.* 23. Acerrimè interdicitur ab Eberardo Salisburgensi Archiepiscopo in Synodo sub Pontificatu *Martini Quinti*. Nec desunt Canones, quorum rationem *D. Cyprian.* *in serm. de Habitu Virgin.* hoc modo quasi explicat: *Si tu te sumptuosius Comas, & per publicum notabilior incedas, oculos in te Juventutis illicias, suspiria adolescentium post te trahas, concupiscendi Libidinem nutrias, suspirandi fomenta succendas, ut & si ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te, & venenum videntibus præbeas, excusari non potes, quasi mente sis casta, & pudica;*

Rursùs *D. Hieron. ad Lætam* de Institutione filiæ, corruptelam damnat; & magistraliter docet contra homunciones in 1. *Sophon;* *quod Peribit qui in fæmineo languore mollitus Comam nutrit, vellit pilos, cutem polit, & ad speculum politur: quæ proprie passio, & insania fæminarum est.* Adversus autem Moniales quodammodo sęcularizzantes *D. Augus. Epis.* 109. seu *Regula* 3. quæ pro certa post *Card. Bellarminium* ab Insigni Critico

co *Luca Holstenio 3. p. Regular. à D. Benedicto Anamensi collectar. num. 6.* accipitur *Nec sint vobis,* scribit, *tam tenera capitum tegmina, ne Retiola subter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris, vel spargat Negligentia, vel componat Industria.* Huic sexui in statu Virginali *Capillos non tondendos* vult *D. Ambros.* in eloquentissimo suo de *Virginibus* opere *lib. 3. post med.* excludens omnino, Capillorum ornatum, ipsumque quoque multo magis *Capillamētum.* Piissimus Jacob. *II. Aragonum Rex* in Generali Curia Ilerdæ anno 1301 sancivit *Quod quilibet Saracenus Franchus qui sit in Catalonia portet capillos cercenatos, & tolts* (idest tonsos) *in rotundum, seu in circuitum, eo ut cognoscantur inter Christianos, &c.* Pluraque possemus addere Antiquo nova, & juridica.

At videri queunt *Chrysost. de Cultu Fæmin. Clemens Alexand. in Pædagog. Nazianzen. Carm. in Mulier. Ornat. Ivo. Carnutens. in serm. de Adulter. habitu Viror. ac Mulier.* cæteriq; Patres, ac fere omnes Interpretes.

Item *Card. Baron. ad Ann. Christi* 286. *num* 17. & *Binius ad Concil. Generał. verb. Capilli, Coma, Caput.* Tegumentum Capitis fuisse ipsis tamẽ semper, planum est; Græcis *Kalyptram* apud *Homerũ, Hesiodum, ac Plutarch.* sive Reticulum, quo plexa Coma, districta, nec diffluens.

Tam Nutritio delicatioribus jam usu recæpta ex *Gellio* 4. quam promissorum capillorum consuetudo quævis prudenti, ac solerti Ferdinandi, ac Isabellę Hispan. Regum decreto, Scholaribus, Clericis, & laicis adẽpta *Marinæo* teste *Rer. Hisp. lib.* 19. *ac Bened. Pereyra in sua Academ. seu Repub. Liter. num.* 1558. *ac seq.*

Omninò autem, ex traditis per *D. Sebast. Covarruvias en el Tesoro della Lingua Castillana litt. C. fol.* 163. *pag.* 2. *Matriti* impress. anno 1611. famosis adimenda Viris, quibus Aures fortasè obtruncatę, ut de Servis *Arbiter* eo textu. *Simul ut notæ quẽque Litterarum non adumbratæ, Comarum præsidio, totæ ad oculos legentium accederent.*

Ignorant *Clerici* fortasse, eorum Co-

Coronā signum esse Coronæ Glorię, quod explicāt ad satietatem *P. Carriere* ubi supra, seu *Fidei Cathol. Digesto vol. 2.* ac *D. Andreas de Saussay in Clericali Panoplia*, & nos melius infra. Ignorant alii *Capillamenta* hæc annis superioribus, nocturno tempore pœnali edicto vetita: *Florentiæ* mox Vectigali subjecta, pro Viris tamen non Sacris. Idque ratione Luxus æquissimum, ut de *Chirothecis* postea dicemus. Quorū usum pœnitus indixere Poliarchiæ prudentiores, Legum sumptuariarum studiosissimę; eaque fuere pluribi in plateis publicis, jure, ac merito conflagrata.

Etiamsi necessitas suppeteret, cum moderamine adhibenda forent, præsertim in Tristibus, vel Funeribus, genuinæ *Comę*, tonsæ, aut promissæ, cōsuetudinem, ac ritum imitando. Quem refert *Kirchmann.* alias citat. & Auctor *Libitinæ.* Prisci enim, Magistri Morum solertes, in silicerniis mortui causa, è vilioribus cibis, cujusmodi Lens, & Membrades apponebant, animadvertente *Jas. Casaub. in Athæn. 7. 11.* Hinc Cōcinna induūt ple-

plerique in Epithalamiis, Laureolis Doctoralib., ac celebrioribus Spectaculis, quæ, occasione lugubri, exuenda censemus. Et nullo prorsus modo aliquibus permittenda, quemadmodum in Vestiū ornatu Pragmaticæ sanctiones excipiunt, ac decernunt. Sic videmus: Gladium, Arma, Lanceam Rusticis indicta, ac Nobilib. permissa *lib. 2. Feud. tit. 27. per Frider. II.* Cæsarem; & Mercatori tantum sellę gladium alligatum, permitti; per Prouinciam transeunti defensionis causa à Prædonibus. Jure igitur adversus illa stylū quidem facundum arripuit *Hamburgi* anno 1636. *Henricus Janichius ad D. Chatarinæ Ecclesiastes*, damnatę *Augustanæ Confessionis in præfat.* ad Orationem ejus Soceri *Salomonis Gesneri de Personis sive Larvis*, iisque præsertim verbis. *Quid aliud sibi vult monstrosum illud Capillitium, quod Juventus nostra hodie alit? Quod Stellarum Crinitatum instar in è longinquo advenientibus videre licet?* Monitiumcula hæc amantissima Præceptoris ad Studiosos, tanquam Parentis ad filios.

lios. Nostris autem diebus calamitas adeo est pervagata, ac deploranda, ut sit difficillimum Satyras non scribere. Aequale prorsùs in Principibus Viris, ac in infimæ sortis, ut prænotavimus est *Capillamentum*. Sic primores, ac Artifices, ita Nobiles, Plebei, & Infamis vitæ suas explicant *Peruchas*, ut confuso respectu, ac honore, inter graves, ac indignos, cum summo Reipublicæ detrimento vetus Adagium à Poeta depromtum, sępe sit repetendum

Nos quoq; Poma natamus.

Sed nec Vetera assequenda, nec Nova pęnitus improbanda *Phavorinus in Gell.* 1. 10. adolescenti pręscripsit: cum juxta Antiquitatē mores alendi, & ad pręsentia sint verba aptanda. Capilli, sensu carentes, cerebro spirituum animalium sedi innituntur. Id satis *Disarium* perdocuit *Macrobrii Evangelus* 7. 9. quasi à prudenti corporis regimine, haud avellendi. Sic ad minuta prolabere, petitis meliùs satisfaciendi gratia, consultum.

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

An Ecclesiastici, seu Sacri Ordinis hominibus Capillamentum *sit permittendum?*

LUxu atque immoderantia in Capillis, & adscititia Coma hucusque, per sententias quidem gravissimas, propulsatis, & quasi confectis: eorum assuetudinem, qui in sortem Domini sunt vocati, Sacrisque insigniti, vocamus ad trutinam.

Universim autem Clericis nutritio Comæ indicta, capitisque rasura in modum spheræ sancita *Can. Psalmista dis.* 23. ubi prudens adiungit Glossator *Parum*, & benè; amplitudo si quidem Coronæ conversionem significat. *Can. duo* 12. *q.* 1. *& cap. cum dilectus in parte Extrau. de success. ab intest.* In Monacis Tonsura antiquissima probatur, ex *Dionys. de Eccles. Hier.* 6. *Athanas. de Virgin. Hieron. ad Sabinian. Diac. Epiph. Hæresi* 40. *August. de Oper. Monach. cap. ult. Isid. de Offic. Div.* 4. qui ab Apostolis insti-

ſtitutam ſcribit, ac *Beda* 5. *Hiſt. Angl.* 12. ubi Diuum Petrum primò Capillorum Coronam geſtaſse ſcribit.

Argumentum ſacri Juris Interpretum ad *Can. non licet il* 2. *diſ.* 24. in eo potiſſimum verſatur quod, ſi Clerico fas non eſt cum Coma ſuum exercere miniſterium: fortiùs Comato Sacerdoti celebrare. De illis enim Concluſio iis patet verbis. *Nec oportet Clericos Comam nutrire, & ſic miniſtrare, ſed attonſo capite, auribus patentibus, &c.*

Quinimò apparere *Tonſura* debet; Ipſa enim capitum velamina in templo damnata ex *D. Pauli, Corint.* 11.4. *& ſeqq.* ubi videndus Jo. *Chryſoſth.* Ad eundemque finem ita *D. Cyprian. de Lapſis poſt init. Ab impio, inquit, ſceleratoque velamine, quo illic velabantur ſacrificantium capita captiva, caput veſtrum liberum manſit,* ſcilicet ab Ethnicis ſuperſtitionib., de quibus *Arnobius, Fælix Minutius,* & plures alij; diſcrepantiam ſuadens Chriſti fidelibus. Nec quam Infirmis ex neceſſitate velato capite ſtare in templis permiſsum docent *D. Gregor.*

*gor.Concil. Rom.cap.*13. *& Can. nullus de Consecr. dis.*1. Plenè *Card. Baron. & D. Th.* ad laudatum locum, Apostoli. Exempla quoque suppetunt Seraphici *D.Francisci*, qui, teste *Bonaventura* in ejus Vita, Canonicas Horas erectus semper, & absque caputio persolvebat; Quemadmodum flexis genibus, & capite *nudo Sanctus Carolus Borromæus*, & Venerabis *Cardinalis Bellarminius.*

Feminis tamen ob Honestatem, ac Verecundiam consuetum semper, & commendatum capitis Velamen, ut apud *Card.Baron. Anno Christi* 57. *nu.* 84. Hinc de *C. Sulpitio Gallo Valer. Vxorem dimisit, quod eam capite operto foris versatam cognoverat.* De *Troianis Clemens Alex. Creusam* narrat *Aeneæ* uxorem, quod audierit ipsam, propter insignem honestatem, ne cum Troja caperetur perterritã, se velamine detexisse, verum etiam velo tectam mansisse, dum ab incendio fugam arriperet. Et de Judeis *Tertull. de Corona militis: solenne feminis eorum velamen capitis, ut inde noscantur,* & plura de *Virginib. Veland.*

land. Alia in Sacro Codice. Peculiare autem de *Virginibus Deo Sacratis* monet eo loco *Baron.* in politiore Literatura versatissimus *Non tantum tegi sacro velamine sed nigra indui veste, & operiri pallio olim in Ecclesia.* Imò antiquitus iis passim ubicumq; capitis tegumentum, *Calyptræ*, *vel scuti* nomine, *Circis*, *ac Andromaches* tradunt exemplo, *Hesiodus*, *Homerus*, & apud *Plutarchum Hellanius*: planumque *Iliad.* 3. de velata ad prelium videndum *Helena*. De Velo novæ Nuptæ *Brisson. de Ritu Nuptiar.*

Prisci viri *Græci* magna ex parte capite nudi, scribente id *Herodoto de Aegiptiis in Thalia*: & de *Romanis* exempla *Cæsaris* aliorumque suppetunt. Nunquam virile caput *Pileo* intectum constat in *Homero*, in cujus *Iliad.* 10. Galea coacta, & levior legitur: & in *Odyss.* 24. veluti Caprina ruri *Vlyssis* patri, *Thessalis* usitata, ex *Oedipode Coloneo Sophoclis*; Caputq; *Pileo* muniri, ne pluvia hyberna madefieret Agricolis, *Hesiodus* monuit, placuitque *Indis*, teste *Philostrato*. Quamquam antiquus mos fuerit

Vlys-

Digitized by Google

Vlyssem cum *Pileo* pingere, ut *Plin.* 35. 10. notat, effigiesque adsit in *Fulvii Vrsini* jam edito Denario.

Birretum esse quid nouum, & circa annum 1499. inventum *Polydor. Vergil.* opinatur *lib. 3. cap. ult.* prius tamen rotundum, postea quadratum, ex Eruditiss. *Eccles. Disciplina Thomasini*. Quo nomine *Subbirreta, Pileoli, Calotæ*, ac similia apud Virum laudatissimum nostro sæculo, totaq; laudandum posteritate *P. Theoph. Rainaud. de Pileo, & ceteris Capitis Tegument.* 2. 13. sive *Oper. to.* 13. Plures autem synodicæ Constitutiones *Birreti* depositionem in Missæ celebratione quandocumque decernunt, & quandocumque debeat simplex esse, & honestum. *Pictaviensis anni* 1377. *& Ravennas* 1607. *In Manuali Rothomagensi* anni 1650. quod, nec in *Birretorum*, Cingulorum, Calceamentorum, aut reliqui Vestitus forma, Clerici Sęcularium more Novitatem affectent. Priùs, & meliùs Castellana 1595. sic: *Pileos præsertim turbinatos non habeant, neque subbirreta, nisi Valetudinis causa*, ubi Juris

amaritudo cum Epicheja dulcescẽs. Quæ refert Regius Doctor, ac Professor Sorbonicus, Ingenii minimè gregarii, neq; Lectionis torpentis *D. Gaston Chamillard. in de Corona, Tonsura, & Habitu Clericorum pag.* 233. *& seq.* 245. *&* 375. qui Clericalem *Coronam*, seu Tonsuram ea forma qua viget, in fine quinti sęculi usu recęptam affirmat.

Aliqua erudito congerit calamo ex Heremitarum familia P. *Prosper Stellartius* in opusculo *De Coronis, ac Tonsuris Paganorum, Judæorum, & Christianorũ, Duaci anno* 1625. edito.

Vide Insignem Philologum *Claud: Salmas.* in *Epist. de Cęsarie Viror. & Mulier. Coma pag.*603. post *Senec. de Brevit. Vitę cap.*12. *D. Bernard.* in consueto suo *Epistolar.* aliorumque Operum mellificio, & *Paulin. Epithal. in Julian. & Jam.* De Penso, & Misteriis hujusmodi *Coronę* quidve Tonsori in ea, ac *Barba* curandum, post *Haeften* 5. 9. 4. uberrimè *D. Franc. Ma. Maggius* Cler. *Regul. Panormit. De sacris Cęremoniis to.*1. *opus.*2. *disquis.* 15. *& plurib. seqq. fo.*158:

Nec

Nec tantum Synodi plures Episcopales velamen capitis negauere: quod in *tit.de Vita, & Honest. Cleric.* aperitur: sed, eo nudato, ex veteri cōsuetudine, sacrum auditur Evangelium. Et meritò, juxta locum *Isaiæ cap.1.* Græci religiosissimi à Mitra abstinuerunt. *P.Goar in Notis ad Euchölog.fol.*431.. & *Bona Cardinal.Rer. Liturg.*24. 14. post *Gretserum* aliosq; Cujus Mitrę in Occidua Ecclesia vsus vix post annum millesimum ex *P.Menardo in Notis ad Liturg.Sacr.D.Gregorii Magni pag.*362.Et *Francisc.Meinard.disput.de Jurib.Episc. pag.*59.ex *D.Cypriani* perquam docta ad *Pompejum Epist.* sacerrimam in hac ora minimè gestandi Pileolum, neq; aliud capitis tegumentum consuetudinem inter sacrificandum, nullo actu præscribendam astruit: econtra vetustas foret erroris. Laudabiliter imitamur Orientales, aut potius iis exemplar prebemus, qui, siue Episcopi, siue Sacerdotes cuncti, aperto capite sacrificant; ea nimirum ratione vt Christo capiti honorem præstent, juxtà præceptum Divi *Pauli*; & quia est æquissi-

simum, ac salutare, habitu eodem esse inter sacrificandum, quo primum quisque sacris est initiatus. A quo more satis pio pauci excipiuntur, veluti *Armenii* in plaga illa, de quibus in *Simeonis Thessalonicens. Oper. Isaac* 2. *Invect.* eos adversus *hæres.* 25. *Episcopo Alexandrino, aliisque Episcopis.*

Rursus capite aperto è sacris Bibliis legitur in Religiosorum mensis, ut in *Constitutionib. Carmelitar.* 1. 16. 14. Clericor. Minor. 4. 17. 4. *ubi P. Flumara* Somaschæ 3. 18. *Cõstit.* Soc. Jesu *Jul. Nigron.* 4. 3. 1. Heremitar. August. 2. 9. Discalceat. 1. 9. *vbi Paul. à S. Jo.* Ordinis de Mercede 3. 8. Cler. Regul. Theatin. & ferè omnes apud *Aloys. Novarin. Sacr. Elect.* 1. 30. Imò capite detecto, & inclinato, Pontificis viventis veneramur nomen, ex traditis à *Gavanto* in *Brev.* 10. 2. 9. *Castaldo, Totinio*, aliisque ad Cęremonialia sacra notantibus: & de Concionatore *Bauldrii* in *Man. sacr. Cęrem.* 1. 10. 9. exceptis Antiphonis, & Gloria Patri permisso Pileolo ad Psalmos communiter in Choro. *DD. in cap. Nullus de Consecr.* maximè *Cardin. Turrecre-*

ma-

mata. Maggius de Sacr. Cærem. tom. 2. Op. 2. disquis. 21. qui tuetur morem, Sternuentes sodales in choro aperto capite salutandi, causamque reddit philologicè *Disquis.* 26. De quo Omine *Bulenger. de Divinat.* 4. 3.

Nonnullis tamen de causis, equidem urgentibus, doctissimus *Navarr.* sentit *consil.* 7. *nu. p.* 2. *ac* 5. *lib.* 1. Sacerdotes celebrare posse cum Amictu: & *Birretum* permitti ex causa, non *Capillamentum I. B. Thiers* in Gallico recenti Opere *des Peruques.* Eaque necessaria, olim satis erat pro *Birreto* vel Pileolo ad celebrandum, absque alia majorum facultate per *Ugolin. de Potest. Episc.* 16. 2. 3. vel saltem Episcopi, aut superioris in Regularibus licentia sufficiebat, per ea quæ *Layman tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 6. & *Henriq.* 2. 29. 2. tradidere. At modò, Summo soli Pōtifici hæc dispensatio reseruatur, qui Viris quidem gravib. Principum Ministris, *ut* in Urbe nunc observavimus in *D. Abbate Pieruccio Serenis. Electoris Palatini* Negotiorum Gestore, ętate admodum annosa, & valetudine adfecta, aliisque pau-

paucis, Sacro Canone, & Synaxi exceptis, reliquo Sacrificii tempore, Pileolo quidem indulget: quo tamen modo ægre dispensasse cum Niciensi Episcopo *Gregorium XIII.* notat *Scortia lib. 3. de Missa 4. cap.* Hocque novum jus *lib. 2. de præcipuo Sacerd. Offic. 3. 8. Agnell. Persic.* discutit fusè.

Quod valde congruum, quia Regibus, ac Principibus Viris occurrimus & adstamus capite revelato: idq; prisco ritu, de quo *Alex. Neap. Genial. 2. 19.* post *Plutarc. Problem.* 10. & ex *Lipsio* aliisq; *Gratian. Discept. For. 282. 55. & 67.* Magnatibus tantum Hispanorum, ex Monarcharum benignitate, concessum capitis operimentum, vel pileum. De quo honore non exiguo scribunt *Zurita* 7. 3. & alibi: *Mariana* 28. 20. Bobadilla. 2. 16. 38. *Sicul. de Magnat. Castellæ* 4. *Sandoval. in Hist. Reg. Ildelf.* 11. Guardiola de *Nobil.* 42. *Pacian. de Probat.* 3. 37. 9. Gamma *dec.* 1. 42. *Cavedo* 2. 4. Fusè *Larrea Alleg. Fiscal.* 1. 8. aliique.

Ex quibus, difficilius putant plurimi

indulgendum pro *Peruchis* seu *Capillamentis* in Sacrificio, & vix in simplici Clericatu, in quo illud minimè adprobare, vel tolerare nititur per quam zelosus Pastor *Eminentiss. Archiepiscop. Neapolitan. D: Jacobus S.R.E. Cardinalis Cantelmus*. Ad rem *D. Andreas Du Saussay Panopliæ Cleric.* 2.5.1.1. *in fi. Capillamenti*, inquit, *seù Adulterinę, appostititię, & alienæ Comæ usus, semper infamis in Ecclesia habitus est. Quamobrem ullo modo unquam licitus fuit Sacerdoti, aut Clerico.* Licentiam in eo casu, ac dispensationem religiosiores Viri supponunt extortam, ideòque non licentiam, seu facultatem, sed violentiam: de qua *D. Bernard.* egregiè *epist.* 87. pleniùs verò in *Tract. De Præcepto, ac Dispensat.* & vide *cap.* 4. *n.* 18, in aureo *Considerat.* Libro 2. Hinc perbellè *Matth, Tympius* in *Speculo Magno Clericor. Poteras ire in Infernum sine licentia: nunc ibis cum Dispensatione.* Adfuimus *Coloniæ Ubiorum* Sacro nō semel *Sereniss. Principis Electoris Maximiliani Henrici à Bavaria* ibidem Archiepiscopi, & *Celsiss. Franci-*
sci

sci Egonis Furstembergii, Principis *S.R.I. Episcopiq. Argentoratensis*, qui in Canone deponebant (latet an ex forma Pontificii Indulti) *Capillamentum*, cujus usus ferè idem, ac Pileoli, seu *Birreti* apud ipsos. Imò eorum alter cũ *Birreto* ad Comam adscititiam aptato, quo sinciput, Consecrationis tempore sui Sacellani, humiliter pręsens detegebat. Religiosiùs autem in Urbe Præsules aliquot, sive Ecclesiæ Proceres, velut *Illustrissimus* modo *Inquisitionis Sacræ Universalis Adsessor*, quem *Perucha* exuta, piè celebrare audiuimus in Aurora, ac in sacratis ædibus *Divę Marię Majoris*, aliique alibi in Ecclesiis Patriarchalibus, vel Collegialibus, in quibus adscripti sunt, vel ubi ab ipsamet peculiari Pietate vocantur. Papales enim Literæ in Urbe, tanquam Orbis candelabro quidem fulgidissimo, pro modesto hujusmodi *Capillitio*, *S.R.E. Cardinalibus* aliquot, paucisque aliis summis Viris supplicantibus, necessaria affluẽte causa, ad sacra facienda sunt datę:

Pileolum profectò, sive *Birretum*,

I 2 (quod

quod ex vili voce, ac re *Birrhus* Etymologici nonnulli derivant) vel *Calantica*, ab oculis Principum Virorum improbata,& nullo modo in Insigni Philologo *Michaele Angelo Riccio* posteà *S.R.E. Cardinali* ante Purpuram coram permissa, etiam ob frigidissimam temperiem capitis à *Sa.me.Alexandro Papa VII.* qui eruditam ejus pomeridianam assuetudinem satis desideratam hac de caussa respuit. Super Sacrificiũ, Ecclesiasticis vetitam decretis, *Gavant.* notat *Comment. ad Rubr. Missal. p.2.tit.2.* Non sic de *Capillamento* nostro, quod ex *Martialis Epig.45.vel 37.lib. 12. Calceũ* capitis appellat elegãter, sententiæ huic adjungens calculum supra laudatus *P.Theophil.Rainaud. sent.2.vers.Nunc è contrario fol.nobis 591.* quia fit aliquoties, vel ut scripsimus, componebatur priùs, ex corio. Eaque ratione cum unum moraliter si non physicè faciat cum capite, nec à nativa *Coma* internoscatur. Quo loco prudentissimè advertenda conditio. Videatur *Anselmus Solerius de Pileo* cæterisque capitis tegmi-

minib. sacris profanisque, ubi *sect.* 13. *de Byrrho.* Et de illo in signum Libertatis à Seruis manumissis, calvo capite genibusq; nixis accæpto *Wilelm. à Loon de Manumiss. Servor.* 1. 4. 29. Hodiernum *Caputium* idem quod *Cucullus* probant Philologi, *Balb. in Catholicon, Trebell. in Promptuar. Perenott.* aliique apud *P. Eustach. à S. Vbaldo* novissimè in *Quodlibet. Regular.* 6.8. *nu.* 547. & 570.

Meminimus *Irregularitatis* notã olim obstrictos fuisse, qui defectũ patiebantur, & jam esse planum est, qui in oculo, vel in alia faciei parte; populus enim ex ea Turpitudine dificulter se ad Pietatem in Sacris Ministeriis componeret, potiusque ad risum, vel sannas. Idemque si omninò Sacerdos pilis, & capillis careat, vel cutem ex aliquo morbo, præsertim insanabili, nudam detegat. Inquã sententiam propendere videntur *Campanil. in Divers. Jur. Nat.* 11. 17. 36. *in fin. ac Barbosa in Pastorali* 42. 24. Arbitrio tamen Episcoporũ, Fęditas, Turpitudo, & circumstantiæ scandalum gignentes examinandæ

metius visæ sunt *D. Nicol. Rodrig. Fermosino De Offic. & Sacr. Eccles. to. 2. seu ad cap. 2. de Corpo. Vitia. q. 4. n. 4. fol.* 330. Prestat idcirco uti *Peruchis*, sive *Capillamentis*, honestioribus planè apud saniorem Vulgum, quam simplicia *Birreta*, quæ capitis Tegumentum nimis libertinum demonstrant. Eę plerisque conferunt non modicè ad corporis valetudinem, cum caput Humiditate, vel Frigiditate præsertim affectum, ab injuriis tempestatum, vel consuetis alicubi aeris incommodis exquisitè tueantur, cutemque ad sese capillis rursus vestiendam facili disponant; ut ex *Medicorum* turba, & simplici sensu. Raroque nocumento sunt.

Nobisq; expertiores Prudẽtioresq; Physicos hac in dubitatione sedulò cõsulentibus; fuit R*omæ* responsum, *Perucham* esse ad ornatum, vel Luxũ apud *Excellentiores*: ad Valetudinem autem, vel necessarium commodum (ut in mercede cõductis passim animadvertimus) apud Cives honestos. Mũdioribus quoq; ad munditiem valere constat; quia naturales *Capilli*,

sive

ſive ex cutis excremento, ſive ex ſe ipſis, ut alii malunt, fætidas beſtiolas progignunt. Scribit ad rem plura *Frider. Garmannus de Miracul. Mortuorum* l. 1. ubi & de Nutritione, Augmentoque. An vero ſint cavi? plenè poſt *Griendelium, Hookium; & Levenochium P. Philipp. Bonanni Soc. Jeſu in Micrograph. curioſa cap. 6. §. 7. addit. Obſervat. Vivent. in non Vivent.*

Virorum ex doctioribus Cathedris Illuſtrium in articulo præfixo ſententiam conquiſivimus, *Juris*, *ac Theologię Conſulti* partibus functi, cujus eſt de Juſtitia reſponſum dare; vel etiam *Philologi*, nullo jure prohibiti, *Pedem* quoque *in alieno choro ponere*, quemadmodum loquebatur *Plutarchus*; publicè namque intereſt, rem obductam, & in conſcientiarum ſcrupuloſarum detrimentum abditam promere, & in lucem educere.

Eminentiſſ. Thomas de Vio in Summa, Verbo *Clericorum peccata* innumerabilia putat ſtatus hujus crimina, enumerans penſum Habitus, Raſurę, Tonſuræ, & ſimilia; Non tamen

Digitized by Google

mortalia, citrà temeritatem, contumaciam, & contemptum, ſed gravia ex levibus cauſis, negligentibus Prælatis obviare, & opponere ſe pro jure ſervando. Quo In onere ſibi quiſque conſulat, & advertat ſi teneatur verbo, & exemplo ad aliorum correctionem. Sic obiiciunt, indulgentq; ſibi ipſis quamplurimi, Sacra non curantes jura, in quibus mortalis culpæ rei proclamantur. In omnibus tamen Epichejæ, ut diximus, moderamina ſervanda. Noſtrum hic non eſt docere, nec quicquam certi in materia diſcæptationibus obnoxia aſtruere. Aliorum placita referimus, & exornamus.

Nazaræi olim Cæſariem velut Ingenuitatis ſymbolum nutrire juſſi, ut ſe melius libertos Domini profiterentur. Ex *Deuter*.32.41. *Doctiſſ*. *Caramuel in Theol.Regul. to*.1. *diſp*. 13. *tit*.de Cap. *Raſione pag*.96. *num*. 154. Abraſum enim caput, Servitutis indicium ex *Chaldæo*, Ethicorumq; vana Theologia apud *Ariſtoph. de Avib. & Senec.Ep*.2.

Dubium excitavit in ſua *Experimen-*

mentali Theologia casibus plusquam septingentis factis, non fictis, impressa Monasterii Einsidlensi in Helvetia Virgineæ Sanctitatis venerandi, in *fol.* 1678. Elaboratissimus *P. Georgius Gobat* Soc. Jesu *Tract.* 8. *casu* 17. *sect.* 2. *num.* 680. *fol.* 831. An ad sacros adspirans Ordines, defectum teneatur aperire debilitatis capitis, ad Sacrum faciendum capite nudo, ita ut Capillitio hujusmodi assumpto uti valeat? Respondetque his plane verbis. *Alicui evenisse scriptum mihi est; Ego tamen non ignarus tale Capillitium haberi eo loco quo naturales capillos, atque adeo non deponi coram ullo Rege terreno, nec coram* Rege *sæculorum quando hic, vel attollitur, vel sumitur in Sacramento; Eam ob rem, si ita conformatum sit, ut ab aspicientibus habeatur pro naturali, non censeo necessarium fuisse quicquam dicendum ulli Superiori Ecclesiastico. Vni tamen alteri licentiam impetravi pro majore securitate à quodam Reverendiss. Vicario Generali.* In *Germanico tamen Imperio, ac in Belgio* (quod ex visu didicimus) facillimè cum propriis

philacteriis facultates dilatant Episcopales, ut in Quadragesimali Abstinentia, & *Papæ, vel Apostolico Nuncio*, ipsius vice, reservata. De *Puellis* ibi Nobilibus idem *P. Gobat* 5. 13. 306. *pag.* 396. Ex *Dicastillo*, quod si dum Sacris intersũt in proprio Oratorio, se se vestiant Comamque horridam forsan, pectine complanent, nullius lethalis criminis reę fiant; cũ labor ille minimè necessariam attentionem impediat. Publicè tamen peccatum censetur gravius, ac præsertim in Viris, qui sunt prudentiores: quod Nos quoq; pravo Aulicorum, ac Militum exemplo, cum stomacho sæpè vidimus *Viennæ Austriæ in Divi Michaelis* apud Clericos Regulares, vulgò *Barnabitas*

Pecten profectò sic dictus non modo, quia capillos explicat, & cõplanat ex *Varrone*, sed quia caput mundat, spiritusque sopitos excitat, tractandus in abdito, sive buxeus, vel ut olim eburneus, & aureus ille *Nympharum ad Palladis* lavacrum, de quo Callimachus

Pectinem & ex auro producite, possit, ut udos *Ex-*

Digitized by Google

Extergens crines pectine dividere.
Cujus officium, elegantia *Claudiani* carmina in *Nuptiis Honorii* *describunt*

——— Largos hæc Nectaris imbres
Irrigat, hæc morsu numerosi dentis eburno
Multimodum discrimen arat, sed tertia retro
Dat varios nexus, & justo dividit orbes
Ordine, &c.

Plura apud Junium *de Coma cap. 7. fol. 392.* ubi de causa gesti Pectinis Romę à Veneris simulachro.

Similia jam eductę sententię profert Vir, ad interpretanda Sacrificii Novę Legis mysteria, in iisq; dubia solvenda natus, P. *Zacharias Pasqualigo*, à primo Clericorum Regularium cętu, *quæst. 832. tom. 2.* ubi Pileolum, hujusmodi capillis refertum brevioribus, & cum Tonsura, ita quod externo habitu nudum referat caput ex capillorum defectu, vel alia causa, nec facili dignoscendum an sit adscititium, posse adhiberi censet in Missa. Quia hoc modo reverentia

requisita in Sacramento salvatur, signumque aptum denotare interiorē honorem, servatum homines deprehendunt, ac si nudum aspicerent caput, juxtà tradita à *D. Tho.* ex Cathedra 2.2. *q.* 103. *a.* 1. & *à Jacobo Revio* nuper expuncta in opere inscripto *Libertas Christiana circa usum Capillitii defensa*. Praxis quoque id firmat eorum, qui *Capillamentis* in Principum conspectu utuntur, coram quibus debent stare capite detecto, sicut adstantes *Summo Pontifici*, *Imperatori*, *ac Regibus*, quos obsequi putamus, ac si genuinis Capillis; exterior enim habitus est exutus, sive capitis detecti. Et id sufficit ad tuendam reverentiam præscriptam, ac debitam Sacrificio incruento. Nil tamen his pro Affirmativa considerandis relictis se statuere modestus Auctor fuit fassus, dum opus produxit anno 1662. *Lugduni*: qui forsan hodiè, ex communiori *Perucharum* consuetudine, vel abusu, clariùs eliminatis scrupulis, pro eadem sententia responsum daret. Et facillimè ipse permitteret absque peccato, semel

aut

aut bis in mense absentiam Canonicis in choro, pro illa recoquenda, lavanda, & ungenda, ut moris est: quemadmodum *Barbæ* radendæ gratia prudenter censuit *Navarr.* 5. *de Orat* 21. *&* 21. 64. & alicubi de praxi Jo: *de Escobar tit. de Hor. Canon. q.* 5. 3. 153. *& P. Garsia Sum. de Excell. Cleric.* 2. 9. *ult.* 31. aliud opinantib. *Garz. de Benef.* 3. 2. 245. *Moneta de Distrib.* 2. 13. 45. *& Palao to.* 2. 7. 3. 9. 12. 18. Fortior enim est ratio *Peruchę* cum una tantum adest quę, ut benè propriam *Comam* imitetur, exposcit sępè Artificis, vel Tonsoris manum, ad octo horarum spatium, sicut audivimus; nec valet differri ut *Barba*. Illicitus quoque videtur incompti ejusmodi *Capilli* usus, & quædam nimis patens immorigeratio, & à *Doctore Langhio* Novariensi *nelle sue Meteore Moralizzate* vernaculè perstricta.

Non pauca de *Gallorum* Libertate, ac Licentia apud Viros maximè cordatos vulgus insanior prodit, quæ à Veritate dissentiunt. Eo enim in Regno peculiarem, ac summam Ecclecle-

clesiæ hominum addictorum Doctrinam, ac Modestiam, nostrum met oculare testimonium distinxit: paucis in Aula Regali excæptis, nec à Monarcha probatis. Episcopi solertes ibi, nonnihil in eorum Diœcesibus quoad hoc indulsere. Sic *Eminentiss. Aquisextiensium*, Sacrorum Princeps *D. Hieronymus de Grimaldi S. R. E. Cardinalis* fęlicis memoriæ pluries, Medicorum placito præeunte, dispẽsationes dedit, hac nimirum forma *Propter Vertigines, & alia Incõmoda cum timore mortis. Dumodo ad Clericalem Modestiam fuerit (Perucha) rectè composita. Vt color ætati in senium inclinanti congrueret. Vt Aures paterẽt. Vt Corona appareret Sacerdotalis*, quemadmodum optimè Galli, Artifices efficiunt, aliisque similibus circumstantiis. Nec imparia sunt in presenti regimine, summa quidem commendatione digna *Eminentiss.* ac Sapientiss. *Cardinalis le Camus Gratianopolitani Episcopi* Synodalia Decreta, quę extant in *tit. de Missar. Celebrat.* Pro Vrgentibus tantum casibus, validis juribus per Physico-

Me-

Medicos probatis: Utque *Capillamentum* ſit breve, modeſtum, nec Aures excedat, non criſpatum, nec muliebri forma cōmptum, ſitque in eo Clericalis inciſa Corona, juxtà Sacrum Eccleſiæ Catholicę Ritum. Quod demum cauſis, quæ faceſſebant deficientibus, ſtatim exuatur, aliàs pœna, ſeu cenſura ſuſpenſionis inflicta. In ipſa met *Lutetia*, & ad ſummi Templi ejuſve Sacrarii fores diù fuit lectum Decretum hujuſmodi affixū: *Die Veneris 19. Auguſti 1689. conquærente Domino Cantore, quòd nonnulli ab aliquo tempore ſolemnioribus etiam diebus cum prolixiori Coma, ac ſine Tonſura Clericali Chorum ingreſſi ſunt; Domini huic abuſui occurrere volentes, mandaverunt ne quis omnino, ſub quovis etiam adſcititiæ Comæ prętextu, vulgo Perruque, deinceps Chorum ingredi pręſumat, niſi brevi, & ut Clericos decet Capillitio, ac inſuper omnes Tonſuram, ſemper & ubique gerant, ſuo Officio, & Ordini, juxta Canones, convenientem*. Quæ præfatus zeloſus Paſtor *D. Thiers* fideliter adfert.

Nos

Nos, Virorum tantorum discipuli ac pedissequi, consilium apertum dare, nec quid in ardua materia sit certò diffiniendum, proferre audemus. Apud Morum Magistrum purgatissimum, consuetudinis tamen inscium suo ævo Jo: *della Casa*, in *Galateo* scilicet, meminimus legisse Italicè: *Se tutta la tua Città haverà tonduti i Capelli, non si vuol portar la zazzera; ò dove gli altri Cittadini siano con la Barba, tagliarlati tu*. At nihil hoc ad *Clericos*, qui non discunt à Vulgo; nec *Sacris Viris* fas est varias exterioris ornatus formas adsciscere. Quemadmodum econtrà in amplissima Regione *Moscorum*, à Religiosis tantum Comatis, *Jovio*, ac *Zanio* claris Viris testibus, cuncti perpetuo in *resecto Capillo* discrepant. Pro negativa per quam meditatè consuluisse, audivimus *R.P.D. Sacripante* Sanctissimi Patris *Innocentii XII*. quem Deus, Urbis, & Orbis commodo æternum sospitet, *Subdatarii*: cujus tamen suffragium manu exaratum, sicut erat in votis, & *Serenisf. Ducis Parmés*. in *Aula Pontificia Administer*

non

non ſemel fuerat pollicitus, perluſtrare minimè potuimus. Nolumus tamen Criticorum anſam arripere. *Dominis*, etiam ſi forent, *Diſcolis*, ex *Paulino mandato*, Obedientiam pręſtamus. Quod ſi *Capillamentum* in Sacris quoque Hominibus, nec non Majoribus probantibus *naturali* arrideat *Comæ*, Altum in hoc ſapere non placeat. Quæ manibus attrectamus quotidiè, perfectè aſſequi haud valemus, eò prorſus modo quo, ex Poeta Philoſopho, Naturæ abdita plura nobis inexplicabilia, quia

Multa tegit ſacro involucro Natura, nec ullis
Fas eſt ſcire quidem Mortalibus omnia; Multa
Admirare modo, nec non venerare, neque illa
Inquiras quæ ſunt arcanis proxima; Namque
In manibus quæ ſunt, vix hęc nos ſcire putandum
Eſt procul à Nobis adeo præſentia Veri.

Hoc vnum ſcimus quod nihil ſcimus vulgatum axioma ad *Philoſo-*

phiam

phiam faciens *Christianam* in hac misera *Viatorum* semita, quę, *sacræ* Voces mutuando *Theologię*, ad *Comprehensorum* ducit in Patria Doctrinam completam, ac Beatitatem.

At, non absonum *Schediasma* hujusmodi, nostris ferè curis extemporaneum, Oratoris summi, Divinique Verbi Præconis inter selectos Parthenopęos è *Societate* *Jesu* celeberrimos, P. scilicet *Antonii Mãfredi*, arguto ethicoque *De Capillamentorum* genere hoc, *Epigrammate* obsignare.

Quisque suam vellet Diademate cingere frontem
Ast hoc haud tantum est Ambitionis opus.
Crinibus hinc Diadema struit, saltem Arte magistra,
Ut possit Cęsar fulgere Cęsarie

Morali quidem aculeo, ad amarissimos *Neronis* Cęsaris in *Poppeę* Capillos abscessus, idem Poeta sic priùs eluserat

Hęccine Cæsarie pręses solertia mentis
Romulidumque vigil cura, Capillus erit.
Dedecus Imperii; infelix Gens Romula, Princeps

Cui

Cui tam fœmineus Sorte jocante datur.

Descripsisse Orbem, est Crines numerare Neronis

Insanum Pellex sic rotat una caput.

Alias quoque

De eodem amente Amante

E tenui pendet filo qui temperat Urbem

Orbem qui Cæsar temperat in laqueis.

Crinales laquei sibi quem non subdere possunt!

Tantum ubi mancipium Fœmina Crine ligat

Nunquam tam diri Roma exarsere Comete

Quam qui fœmineam ventilat igne Comam.

Tanti viri, ad extrema Opellæ exornanda labia, omitti Carmina suavissima nefas erat; prævii enim honoris præfatione ipse nimium ea condecoravit.

Ad Sidus infaustum, sive Comantẽ Stellam, ut cum *Achille Statio in Araneor. Interpret.* & ad *Manilium Scaligero* Meteorologi vocant, ipsius Poe-

Digitized by Google

Poetica meditatio. Quæ in *Cæsaris* auſpiciis apud *Sulmonenſ. Met.* 15. viſa eſt fęliciſſima, iis quidem carminibus.

Reſque domi geſtæ, properataq; Gloria rerum
In Sidus vertere nouum, Stellamque comantem

Et *Comæ* non modo, quam *Cæſariei* etymon, *Græca Hebręaque* radice à *Tonſione* melius, ac ab *Ornatu*, vel curæ compoſitione, profluxum volũt *Feſtus*, *Iſidorus*, & elaboratius *Gerard.* Jo: *Voſſius fol.* 151.

Proprias autem Voces quam ſæpè oportuit negligere: tum ex Typi defectu, tum quoque cum eas univerſim vertere conſilium abſit; Quod & oſtendemus inferius *de Guantis* paulò poſt initium, patrio ſermone, qui non parum in graviſſimis, ex *Tullio* 1. *Fin.* delectat. *Nequaquam enim ad eorum proprietates Latina poteſt adſpirare Oratio, multoque minus noſtra*: Ut ex *Platonis Gorgia*, Athenienſi pręſertim Dialecto, *Agell.* 10. 22.

SCHE-

SCHEDIASMATIS
Iuridico-Philologici
PARS TERTIA



DE CHIROTHECIS
Vulgo
GVANTIS,

Clarissimo Religiosissimoque
Viro

D. CAROLO ANT. FABRONO

Sanctiss. D. N.

INNOCENTII XII.

A supplicibus Libellis.

Digitized by Google

CAPVT I.

Chirothecarum Synonima: & Consuetudo primæva antiqua.



Uam nimis, fatemur, jejunè attigeramus materiã, ad *Chiroliturgię* nostrę ornatum, ac epilogum, in *Comitiis* agentes *Agrippinensibus*, Curiosorum fortasse vellicantes pruritum; secundis, ac majoribus curis jam percurrimus, nec arida pumice. Scripserunt nonnulli de *Pileo*, de *Calceo*, de *Soleis*, de *Bracchis* aliisq; parvulis *Rei Vestiariæ*. Imò Jo: Tardinus de *Pilis*, Wovverus de *Umbra*, Passeratius *de Nihilo*, & plurimi de Prę̨stigiis ferè, post sciẽtissimũ *Homerum*, qui de *Ranarum cum Muribus pugna*: *Præstat* enim, ex epistolica Plinii doctrina, *Otiosum esse quam Nihil agere*. Nos quoque *Corpus Philologi cum* meditantes, ac paulatim me-

metientes, *Pedem* produximus, & aliquando forsan de *Flabellis* agemus. *Manus* rursùs nuda haud erit accæpta, quamquam semper honestanda velut *Organum Organorum*, sic ab *Aristotele* merito vocata. Ejus decor ac munimen potissimùm ex *Guantis*, seu *Chirothecis*. Quarum necessarium fere usum *Hispani* Leporis Adagium illud, Beneficentiæ Principum allusivum, ostendit *No se puede vivir sin Guantes*. Synonimorum verò, nec non ipsiusmet rei Introspectionem aggredi fuit diu in votis, idque jam actum, nisi publica munera, quæ totum hominem rapiunt, ægrè nobis negotium facessissent. Ita satisfaciendum, & eorum præscriptis, qui lectitando Erudita qualiacumq; Animæ pabulũ capiũt; quemadmodũ de similib. scriptiunculis; post *Nyssen. Nazianzen.* aliosque, *Musæi sect.* 7. 1. sapientissimè *Claudius Clemens*. Et nonnunquam ex Poeta *Georg.* 5. initio.

In tenui labor: at tenuis non Gloria.

Vox apud Nostrates communis *Guanto*, quę sicca radice emittitur ab uberrimo, ac hetrusco florentis Italicæ

licæ Linguæ Nomenclatore, ac Thesauro, interpetrata *Veste da mano*; In aliis Lexicis scribitur *Wanto*, *Gavanto*, & *Ganto*: *Gantus* quoque *Gavantus*, & *Vantus*. Gallis *Gant*. A quibus Hispani *Guante* ex *D. Sebast. Covarruvias*, nel *Tesoro della Ling. Castillana litt.* C. *fol.* 453. *à tergo*: & per *Carol. Bobilium* Vox Originis dubiæ. Promiscuum nomen habitum à nonnullis, ut *Cordovan* cum *Cordubaj*, juxtà *Franc. Sanchez Brocensem*, cum Belgii Hispanici Metropoli, *Caroli V. Cæsaris* nativitate maxima clara, Aedificiis, Plateis, ac Populi frequentia celeberrima. De qua *Maximil.* Urientius apud *Casp. Dornavium* in *Amphit. Sap. Socrat.* Jocoser. *to.* 1. *fol.* 669.

Illustres Cunæ! Ganda decus Urbis, & Orbis;
In quibus ille olim, sarcina dia puer
Carolus, has primum vagitibus imbuit auras;
Dum rubet à partu, Jam Jove dignus erat.

Et videndus uberrimè ex præstantioribus *Geographicorum* Collectoribus

bus *Gallicè M. Lovys Moreri in suo Grand. Dictionaire Historique, ou le Melange Curieux to. 3. ex quatuor, cū duob. supplem. Lugduni* 1688. *pag.* 14. post quem eruditissimum laborem, anno ejus tricesimotertio, fato functus. Eandemque Urbis *Gand.* vocem non pauci explicant lepidè pro *Chirotheca*

Ut autem rem nostram repetamus, Textus effertur, in *Capitulari* scilicet *Aquisgrani*, in Codice Helmæstadiēsi *Chirotheca Vanti, idest Manus theca, Manicę, quas vulgo Wantos appellamus*. Consonat Venerabilis *Beda in Vita S. Columbani cap.* 14. *Tegumenta Manuum, quæ Galli Wantos, idest Chirothecas vocant* Usurpatur tamen sæpè duplex *W Germanis* perpetuum pro littera *G*, & econtrà. *Belgæ* parum dissimiliter proferunt *Wante*, quemadmodum superiores ipsimet *Germani*, verbum concipientes pro *Manusvagina*. Sic Vir omniscius Jo: *Gerard. Vossius Ling. Lat.* 11. 12. & *Papias Chirothecam Vanti* antea reperiit *Manus thecam* interpretatam. *Redditio per Guantum inter Formulas*

Marculfi à Doctissimo *Bignonio* locupletatas. Ex *Curopalate pag.*41. *Chirotheca* habetur *accipitraria*, Manica scilicet, sive *Guanto di Sparviere*, ita concæpta ab *Octavio Ferrario in Originib. Ling. Ital. fol.*170. Plura post Veteres multos apud *Carol. Du. Fresne* in elaborato, ac utillimo suo ad *Scriptores Mediæ, & Infimæ Latinitatis Glossario to.*3.*fo.*1388.

Partis, quam *Chirotheca* operit Pulchritudo, in magnitudine, corporisque proportione versatur. Ex *Ant. Picciolo de Manus Inspect.* 2. 3. Et inter triginta ad venusti corporis proportionem requisita.

Tres largas, que son el Cuerpo, los Cavellos, y las Manos

A subtilissimo, ut philosophicè loquamur, Scriptore *Maximil. Calvi* hispanicè considerantur *en el Tractado de la Hermosura, y del Amor fol.* 31. *lib.*1.*cap.*9. ubi similiter disceptanti *Augustino Nipho* videtur cohærere. Huic tamen proportioni minimè subsistenti, hujusmodi quidem Artis instituto, supplet indumentum.

Manui ergo arridentes *Guanti*, lati-

tino vocabulo *Manicę* appellantur in *Ordin. Rom.* & congruenter dicti sunt *Manitia*. Vnde in *Vita B. Philiberti Manitia, quæ nos peregrina lingua Vantos appellamus*, referentibus *Dominico, & Carolo Macro* in eorum *Hierolex. fo.* 364. In Vita *S. Guthlaci cap.* 26. hæc verba: *Duas Manicas suas illic obliviscendo dimisisse se ajebat*. Ex veteri Codice *Ratholdi* Corbejensis Abbatis *ministrentur ei Manicę*, Episcopo scilicet sacra facturo. *Du-Fresne ubi mox vol.* 2. *pag.* 385. Quasi Linguæ his vocibus progressius discamus. Vtraque autem, *Manitiæ*, vel *Manicæ*, pro uno, ac eodem ad tuendas ab algore manus tegumento usi sunt *Virgil.* 2. *Aen.* 3. ibi

Ipse Viro primus Manicas, &c.

Plin. lib. 19. *cap.* 2. initio *Ocreatis cruribus manibusque, tectis manicis convolutum &c.* initioque *lib.* 28. *cap.* 10. Quia eæ profecto *Manicarum* species extremas tegebant, atque à frigore defensabant manus. *Columella* 1. *penult. in fi. Vestem Manicas Pedumque tegumenta recognoscat, &c. Juvenal. Sat.* 6. 25.

Et ex Recentiorib. *Jul. Barbaranus* in suo *Promptuario*, equidem eruditiss. *Rerum quamplurium, in re præsertim Romana, &c.* edit. Venetiis 1567. *in Annotat. to. 1. verb. Manica fo.* 354. Paulo imminuta *Digitalia*, vel *Digitabula*, hoc est Digitorum involucra. Sic *Varro* 1. *Rei Rust.* 55. ubi *Scaliger*. Jo: *de Janua*, & universim *Glossographi* Latini, cum Græcis *Dactylithra* sicut dicta. Vidēdi quoque *P. Richelet Diction. Gallici p.* 1. *fol.* 388. *Anton. Furetiere Diction. Universal Gall. edit.* 1690. *fol.* 143. ubi de Proverbio *Paraguante*. *Aegid. Menag. in Origin. Gallic. Voss.* eod. verbo *de Errorib. Linguæ*, e *Delle Orig. della Ling. Ital. Id. Menag. fol.* 271. Et de *Chirotheca* pro *Manus repositorio*, seu *Pontificali Indumento* egregie adnotat in *Chron. Cassinens.* Clariss. Præsul, & Archiepisc. *D. Angel. à Nuce* 4. 17. *fol.* 445. *Chirographum* verò à *Menardo* explicata.

Idemque Manus tegumentum *Gulæ* nomine prænotatum *D. Bernard.* meminit in *Epist. ad Henric. Seno-*

no-

nonen. Archiepisc. ſcribens hoc modo: *Chirothecas ex pellibus Arietum rubricatis, quas Gulas vocant.* Et ad veterem militũ uſum *Manipuli* apud *Tranquill.* iis verbis: *ſed, cum ad conſpectum ejus concitus Leo impetum feciſſet, manum manipulo involutam Lyſimachus in os Leonis immiſit, arreptaque lingua feram exanimavit.* Factum Lippis notum.

wantem, Germanos preſertim, appellare, ac diſtinguere *Guantos* abſq; digitis, prout videmus in nonnullis Acediæ morbo peſſimo laborãtibus advertit *Matthias Zimmermannus* in *Analectis Miſcell.* Miſenæ editis, menſe 1. *nu.* 51. *fol.* 55. cum digitos cunctos exprimentes *Digitalia* nuncupentur. Ita ex *Varr.* 1. *Rei Ruſt. cap.* 55. *Iul. Scaliger* legens *Digitabula*, quæ Græcis erant *Dactylothecæ*, argumenta Luxus, & Mollitiei; Quamquam hoc Attico nomine indicetur quoque capſula pro digitorum annulis ſervandis, quos æſtiva tempeſtate leviores *Juven. ſat.* 1. irridet, ac Muſæum, ſeu quantitas Gemmarum, ex *Martial. Epig.* 112. 14. *& Plinij hiſt.*

37.1. ubi *Gemmas*, inquit, *plures*, *quod peregrino appellant nomine Dactylothecam, primus omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scauri.* De prima scribit *And. Tiraquell.* 3. *Leg. Connub. Gloss.* 1. *p.* 3. *litt. D.* Et præciosissima *Brachialia* totum Brachium, & *Dextralia* carpum tantum ornantia *Th. Bartholinius* philologicè distinguit, ac describit in *De Veter. Armillis Scholio* post suum De *Inauribus*. Argutissima videnda carmina Viri clarissimi *Hug. Grotii* in anularem *Abrah. Gorlæi Dactyliothecam* apud fæcundiss. *Rader.* ante *Valerii laud. Epig.* pag. 948.

De *Vuantis* pro charitate susceptis à *D. Maimbodo* Martyre Bisonticensi, ac benedictis *P. Bolland.* scribit *Act. Sact.* 23. *Januarii fol.* 543. *tom.* 2. Idemque inter *D. Hadelini Confessoris* miracula à mortua fæmina manus sic Beato Viro tradita *Feb. to.* 1. *fol.* 336.

Chirothecam definire aliquomodo conatus est *Ioseph. Laurent.* in *Polymathia lib.* 2. *dissert.* 39. *fol.* 164. Manuum vaginam ad frigus arcendum.

At

At ipſe ad vnum tantum caſum magis obvium reſpexit, non verò ad alios, avertendi Pulverem, propulſandi Sudoris, ac ſervandæ Albedinis, Mollitiei, & ſimiles.

Verum in materia, ex vario Auctorum ſenſu peruulganda, fas erit diſſita *Chiro*, & *Dactylothecarum* vocabula promiſcuè inducere.

Chirothecæ igitur, ſive potiùs patrio ſermone, qui in graviſſimis quoque, adfirmante *Cic. 1. Fin.* delectari, *Guanti* ſunt multiplicis ſpeciei; *Pellacei, Lanei, Linei*, ex auroque, ac ſerico, ad muliebrem luxum, mirè elaborati. De *Vuantis* Caſtaneis auro paratis *Hariulph. lib. 3. cap. 3.* Nonnullorum ex Albæ Muſtellæ, ſive *Ermellino* Patres Linguę Italicæ meminere, ſeu *Tau. Rit.* in Lexico novo *to. 3. fol.* 812. hoc verbo: & *Martis Scythicæ*, ſeu *Zibellino to.* 4. A ruſticis mulieribus in montanis, ex hircinis pellibus oleo ceraque paratis, ac ferè diaphanis nativo ſermone d'*Vcagna*, valde ad manus mollitiem acceptis. Vnde Verſus ille *Cęſaris Caporali*.

Ne cuopre le lor man Guanti d'Vcagna.

In Vrbe usitatior modo, ex ijsdē *Hircinis, Arpinis, Calabris, Senarum* maritimis, & quandoque propriis *Pellibus*, cum *Agninę* minimi fiant, Ipsorũ forma; Ex vario colore, optime loti, ac ex rariori Odoris appositione, de qua *Matthiol. in Dioscorid. Ruell. de Natura Stirpium*, ac *P. Ferrarius in Flora*. Sic maternis vocibus distinguuntur *Guanti lavati di Fiori, bianchi di Musco, ò d'altri coloretti, e fodrati anche di Vcagna: Guãti, di Ambra, e mezz' Ambra, di Ambretta, e di Ambretta alterati: di Concia di Roma alterati*, quæ Vetustæ creditur Vnguentariæ, deperditæ, ac restitutæ: *alla Ducale alterati: di meza Nerola: di tutta Nerola* (nomen Principis fæminæ ex *Vrsina* stirpe): *di mezi Frangipani: di veri Frangipani* (familiæ antiquę, ac Patriciæ) Vtrique accæptissimi primò pręsertim in Galliis: *di meza Regia* Cedrati: *di tutta Regia con Ambra cedrati: All'Imperiale: alla Cocogliuda* (ex Mulierum illustriũ titulis) *Guanti simili con Pergamotta*

ex

ex cetrina substantia: *Ricamati diversi*, *e con Nastri* aureis duplis venundati, ad molestum Mulierum gustum, quibus semper in brachiis protensi.

Artifices verò, appellati *Chirothecarii*, sive *Unguentarii*, *Myropæi*, ac *Myropolæ*, vulgò *Guantari*, ac *Profumieri*, attento quidem studio parare cõsuescunt *Poluere di Cipri diverse*: *Saponetti profumati in trè anni all'Inglese*, & *alla Regia*: *Manteche bianche di Fiori*: *Manteche gialle di più qualità*: *Acque distillate*, *Olii di qualsisia odore di Fiori*: *Spiriti vari di Odori*: *Aráci*, *Gelsomini*, *Viole*, *Tuberose*, *Gaggie*, *Rose Damaschine*, *Gionchigli*, *Giacinti*, *del seme di Bene del Gran Cairo*, & *altre sorti di Fiori*. *Estratti di Cannella*, *Garofali*, &c. *Quintessenze diverse di Odori di Herbe*, *e Fiori*, *Pastiglie per ardere*, *e contro la Peste*, *Polveri*, *anche da Naso*, *e di Fiori*: *Balsami di più sorti*. Quæ in arculis chrystallinis preciosissimis excellenter servantur, & ad Regias etiam manus mittuntur. *Chirothecarii* iidem, sive *Unguentarii* numero circiter

quinquaginta, cum aliis Mercatoribus, piæ adſcribuntur *Sanctorum Sebaſtiani, ac Valentini* Sodalitati, peculiaribus ad regimen ſancitis legibus. De quibus forſan attingit nonnihil modernus Auctor de *Pietate Romana*.

Ex eadem *Pelle* parantur vaginati, ad intenſius frigus, ac venationem accomodi.

Contextis *Lana*, affabre quidem utuntur plurimi graves Viri, atque caloris tantum, non Luxus, nec Odoris gratia; Principes, & *S. R. E. Cardinales*, apud quos albi, vel ex alio colore, & rarò purpurei, ſeu *Purpura* immerſi: de qua *Fabius Columna* in ſpeciali *Opuſc. cap. 1. §. 12.*

In Luctu univerſim nigri, ſive ſint ex lana, ſive ex pelle; *Eminentiſsimis* Patribus autem violacei.

Non deſunt *Bombicini*, ſimileſque ex craſſiori materia. Nec prætereundi ad exiccandam humiditatem pervalidi, *Tarenti* contexti, orto in parvi Maris, quod vocant, Conchiliis Lanificio quodam, ſeu *Lana penna* valde molli, ex qua Birreta parantur Calceamentaque.

Ma-

Magis olent, ac benè ſemper olēt *Hiſpanici*; quibus tamen acus labore præſtant *Anglo Britannici*, ſed minimi fiunt *Gallici*, quanquam per *Tractum Rheni*, ac *Belgium* communiter adhibiti.

Noſtratum Fęminæ, ex færè chronicis Vteri affectibus, odoratiſſimas illas *Hiſpanorum*, ac *Luſitanorum* *Chirothecas* libenter deſpiciunt, & ex rariori pulverum mixtione, quam ipſi appellant *Pulviglio*. Admodum curioſam fuiſſe proditur *Sereniſſimã Mutinenſem Aulam*: imò, juxta nonnullos, præfatam *Frangipanis* formã dediſſe.

Multis ab hinc annis exiguo præcio in Vrbe operatur ex *Regio Lepidi Hieronymus Fontaneſius* expertiſſimus *Vnguentarius*, qui ex Arte, alia quoque inventis addidit. Ex ejus celebri ad *Reginæ* Inſigne in *Campo Martis* officina, majora, & preter jã deſcripta vidimus, ac libavimus. Aptavit ipſe ad anni tempeſtates, *Excellentiſs. D. Duce Iuliano Cæſarino* optabiliter olim petēte, ſelectas *Chirothecas*; albas ſcilicet, ac diaphanas

Veris tempore, titulo *Millesflorum* *Regales*, cum Ambaro, ac Gelsimino pro æstivis diebus: mixti odoris verò ac *Ducales* in Autumno, variasque, sive *alla Gran Regia Cedrati* adversùs vividiores ictus frigoris. Ex quibus dodecades octo *Gallorum* Monarcę *Ludovico XIV.* missæ, totidemque *Reginæ Christianiss.* ejus Vxori, plurimæque militaribus Proceribus, ac Politicis Regni Magnatibus. *Pulveres* ipse, Fiorum substantia, capitales parat saluberrimos: cujus *Balsami* non minus, ac *Hamburgense* magno pręcio habiti vas plumbeum triplex in Vrna marmorea ab egregio Sculptore, *Equite Laur. Bernino* dono accæpta, ac in parietibus Portæ Sanctæ *Basilicę Vaticanæ*, Iubilæi anno 1675. clausum, accedente sæculari proximo septingentesimo illesũ repperturũ servat in votis. Jam pridem clarissimus, ex *Ambaro*, ac medio *Ambaro*, Venetiis *Chirothecarius* vulgari nomine *Milano*.

Præfatos autem Artifices, seu *Chirothecarios*, honestiores hodie antiquis putamus *Vnguentariis*, qui ex

ma-

materia Luxus præsertim supervacui viles omnino habiti per *Catanæum*, & à *Cic. Officior.* 1. Saltatoribus, ac Talarium ludum exercentibus additi; Illa enim diversorum Odorum commixtio, Oleo, Balsamo, aut alio pingui addito, Deliciarum, & Luxuriæ causa, corporibus ungendis, non valetudinis, nec Manuum tantum Munditiei gratia impendebatur. Hinc *Myropolæ* hujusmodi à *Lacædemoniorum* finibus pulsi: in *Lacinii Crassi, & Julii Cæsaris* Censura, ne quis *Unguenta* exotica, vel peregrina venderet edictum: *Augustus M. Antonio*, quod *Unguentariam* Tabernã, & quandoque *Pistrinum* exerceret exprobravit. *Aristoteles* quidam etiam Pharmacopola notatus ab *Athenæo*. Legendi, *Seneca Natur. Quæst.* 4. *Plinius*, aliique. Et de *Unguentis* mentio Juridica, maximè in *l. 27. §. 1 ff. de Acqui. rer. Dom. l.* 21. §. 1. *l. 25. in fi. ff. de Auro Arg. Leg. Videndi Hofmanus in Lexico*, pluresque moderni, haud tamen Philologi, qui nõ nihil inter abditiora, quę Orbi cæco effingunt, & pro valetudine, potius per-

perdenda, ſcire, ac docere poſſe jactitant.

Fatemur *Pellium* uſum ad tenuis fortunę homines, ad priſcos mortales, Servos, Scythas, alioſq; in Septentrione frigore vexatos ſpectaſſe: non verò ad Patricios viros; non enim in Statuis antiquis hujuſmodi Veſtes. In *Adamo* tamen, ac *Eva* pelliceæ tunicę, ut ſtatim ex ſacra Geneſi referemus, & in aliis apud *Lucret.* 5. *Iuuen.* 6. *Varron.* 2. *Ruſt. Juſtin* 2. *Cæſ. Belli Gall.* 6. Iis cinctæ *Nymphæ Georg.* 5. 342. & *Romulus* Pelle inductus Lupina *Aeneid.* 1.

Rursùs in *Pellibus* vetus Religio. De hac eſt percurrenda, ex nuperrimis Germanicis, *Academ. Naturę Curioſor.* Eruditiſſima *Cynographiæ*, ſeu *Canis Deſcriptio*, in eaque *Mantiſſa de Canibus Británicis* anno 1685 edit. præſertim *cap.* 9. Vbi, quod ex *Canina pelle* Gentis illius Vulgus *Chirothecas*, ac Tibialia cõficiat, manuum enim ſimilia involucra pruritum leniunt. Sic §. 5. *&* 6.

Quod *Capræ* Pellis geſtata, vel odorata, *Epilepſiæ* morbum reducat,

iſto

isto animali insultibus epilepticis maximè tentato. *Silves. Rattray de Causis Sympat, & Antipat.* scribit *fol.* 11. Qui *fol.* 26. pernotat *Phocæ Marinæ* pellem gestantem, immunem reddi à fulmine, prout ipsum dum vivit animal.

De iis quoque tradunt nonnulla *Sigon. 3. de Iudic. & Rosin. Antiq. Rom. 31. ac seqq.* Antiquitatis fidem faciẽte *Lucretio* ibi

Tunc igitur pelles, nunc aurum, & Purpura curis
Exercent hominum vitam.

Ferinis Murinisque Scytæ induti *Justin.* scribit, ad eumque *Franc. Modius pag.* 111. & *Bernegger. in Comment. pag.* 32. *nec non Lips. ad Tac. German.*

Lappones, Samoiedæ, Tartari, Moscovitę, quorum *Hunni* pars maxima olim *Pellibus* silvestrium Murium induti, quos *Mardas Hermelinas, Sibericos Feles* hodiè vocant, consarcinatis vestibus, ut fusiùs describunt post *Am. Marcellin. 31. 3. Ed. Nebusius Theat. Ingen. hum. 2. 3. 4. Hier. Magius 3. Miscell. 7. Rutil. Numantian. 2.*

Iti-

Itiner. num. 49. & *M. Henric. Kippingius Antiquit. Roman.* lib. 4. cap. 5. Hinc *Germani* Veteres dicti *Pelliti*, à *Cæsare*, *Salustio*, ac *Servio*.

Frequentes etiam *Pelles* in Lectis ad dormiendum: quomodo *Phænici* sterni jussit *Achilles* 9. *Iliad. Homer.* & 14. *Odyss.* inter Caprarum Oviumque pelles, superiniecta lena *Vlysses* apud *Eumæum* cubavit: libroque 20. super bovinam pellem non subactã. De *Anchise*, Vrsorum quos occiderat, pellibus utente *Hymnus* adest Græcè: deque *Daphnis* thoro pellibus Vaccarum strato 9. *Theocriti Idyl.* Quam consuetudinem suo more prudentissimè noster Poeta *Aeneid.* 8. iis fuit Versibus imitatus

——— *Stratisque locavit*
Effultum foliis, & pelle Libystidos Vrsæ

In Bellis *Agamennon*, ac *Menelaus Iliad.* 2 & 10. Thoraci superinduere *Pellem Leoninam*. Sic *Pelia* apud *Pindar.* 4. *Pythior.* *Herculesque* indutus in *Theocr. Idyl.* 24. & seq. *Tauri* vero Pelle *Argus*, more cunctis Heroibus communi, ex *Apoll.* 1. *Argon.*

ejuſque Scholiaſte. Ab *Ancæo* Vrſinam pellem geſtatam *Orpheus* tradit. Quã conſuetudinem imitari ſtuduit ibi *Virgil.* 5.

Aceſtus horridus in jaculis, & Pel-
le Libyſtidos viſæ

& *lib*-8.

——————*Quem fulva Leonis*
Pellis obit totum præfulgens Vngui-
bus aureis.

Molliorum *Chirothecas* olim ex lana coactili vel textili fuiſſe *Muſonius* apud *Stobæum* ſuadet *ſerm.p.* ſic: *Quare minime honeſtum eſt veſtitu nimio operire corpus, aut faſciis iuvoluere, aut manus pedeſque circumligatis cujuſcumque generis pannis, ac linteis quibuſdam molles, & languidos reddere, cum morbo non ſint impliciti.* Peragrantibus tamen *Viatoriæ* craſſiores probatæ.

Nec infrequentes apud *Catullnm* alioſque *Odoratæ* vel *Unguentatæ*: cũ *Unguentarii* Moſcho, & Ambaro *Chirothecas* illinerent, præſertim affluentes in ſatis pervulgata ipſorum veteris *Capuæ* via: ſcribatque in *Dioſcorid.* 4.154. *Matthiol.* Odoratiſ-

ſima

ſima Unguenta, ex *Moſcho Zibetto*, & *Ambaro Chirothecis* illinendis cōparari. Hinc eſt, quod *Chirothecarii* cujuſque amemus commercium, ac viciniam. *Pellarios* verò pro aeris ſalubritate in Urbium libēter extrema relegemus, quod juridico politicè *Borell. de Magiſtrat.* 3. 12 docuit.

Hinc patet Uſus earum pervetuſtus, quem clariùs tamen probare intendimus, etiam ſi pęnitùs ignotū putauerit, quod miramur profectò, Inſignis Philologus *Iſaac. Caſaub. in Animadverſ. ad Athenęum* 12. 2. In Sacris enim Paginis *Gen.* 24. 16. Rebecca ad ſurripiendam Iſaac Benedictionem *Pelliculas Hædorum circumduxit manibus Jacob*: quem locū Doctiſs. *Abulenſis* expoſuit hoc modo: *Dum cibi parabantur à Rebecca conſuit pelliculas in modum Chirothecarum, ut aptarentur digitis, quia aliter fraus nulla patuiſſet*. Quæ pelliculæ ex hædis nō dum natis, uti molliores, ſumptæ fuere.

Portendunt autem Allegoricè in Viris Integris, Adminiſtriſque Principum incorruptis, per Volam piloſam,

ſam,

ſam, nec veſtis uſu conſumptam, egregios mores, & (quod rarum) haud Muneribus deprauatos. Quod, ex Religioſiſſima *Clericorum Minorum* Familia, Orator Eloquentiſs. *P. Nicolaus Garzias de Londoño*, in ſuis Carminibus Hiſpanicis *Victoriæ* edit. anno 1688. jam inter ſelecta Vividiſſ. *D. D. Michael Vargas Machuca* repetita, brevique cum Variis Variorum Neapoli preditura argutè ſub hoc titulo ſignificauit.

Diferencia de los Miniſtros, que à Coſta de Guantes han ſubido el pueſto, y los que ſolo Dios pone por el merito.

SONETO.

Moiſes, y Salomon Sabios, Prudentes
En el Templo de Dios dos Cherubines
Cada uno puſo, y ſiendo unos los fines,
Fueron las atenciones diferentes.

Los

Los de Moises mirauan reuerentes
A aquel Dios porquien arden Serafines;
Y los de Salomon, à los confines
Del trato, y del contrato de las Gentes.
Los que Moises labrò Dios los dispuso,
Y los que Salomon colocò vsano,
Por solo su albedrio los compuso,
Luego siendo Ideas de un Ministro, es llano.
Que solo à Dios atiende el que Dios puso,
Y al Mundo el que elevò el fauor Mundano.

Videmus itaq; in sacris monumentis *Chirothecarum* originem non obscuram, nec penitus ignotam. Quod si fas est conjecturas humanas addere Diuinis luminibus, Protoparentis Adæ factum audax testimonia subministrat; siquidem ipso peccati reo, cælestis mulcta, spinas, & tribulos, dolores, ac miserias, frigiditatẽ aliaque incommoda Elementis misit. Hinc macies, ac febrium cohors cæteræque miseriæ ætatis ferreæ à Poe-

Poetis quoque, *Ouidio*, ac *Oratio* potiſſimum, Hiſtoriæ Moſaicæ inſulſis adulteriſque Lectoribus deſcriptæ. Innocentiæ originalis candida veſte exuta *Fecit Adæ* (verba ſacri Text. *Gen.* 1.2.) *Tunicas pelliceas, & induit eos*. Certè manicatas, ac manus veſtientes, ut opportuniores ad moleſtias ferendas, & in agrorum cultura ad ſeſe tuendum à Spinis tunc incipientibus germinare cum Tribulis. Jure, ac merito Parentum Nuditas Ferarum Pellibus tegi oportebat, ob perpetuam breuis ævi mortiſque indubiæ memoriam, quaſi erecto morali ſymbolo Animalis excoriati, & mortuæ Pellis indumenti. Veſtium uſum per Adæ peccatum introductum, ratiociniis quidem doctiſſimis probat *S.Th.* Ad quæ moraliſſima facit *D. Ambroſ.* in *Hexaem.* conjectura, ubi *Audi*, inquit, *omnes naſcimur nudi, & morimur: nulla diſtractio inter cadauera animorum, niſi fortè quia gravius fœtent corpora divitum diſtenta luxurie. Cur ipſe Deus Protoplaſtis pelles in veſtem dedit, ſi nos auro, & gemmis veſtiri voluit? Quænam*

nam Biblia docent cineres ſerico velandas &c.

Fulcitur ſententia de origine, ac vetuſtate *Chirothecarum* ex Aurifodina Homerica *Odyſſ.* 24. ubi *Laertis* exemplo, ex rudi corio eas Agricolis uſu fuiſſe, ne ipſorum manus à rubis in Viridariorum cultura læderentur. Demonſtratur à Poeta præcipuo ſcientiæ conſulto, rerumque omnium interprete, ſic inſignito ab incomparabili Viro *Daniele Heinſio* in pereleganti ſua *Laude Pediculi*, referēte illo ſcilicet *Laertem* his verbis: *Circumautē tibias bovinas ocreas confictas ligaverat (Spinarum) punctiones vitans, Chirothecaſque in manibus ruborum gratia,* cum initio non forent digitis diſtinctæ, quemadmodum ſcitē monuit quoque *Albert. Ruben. Rei Veſtiar.* 1.4. Eundemq; Latinis Patribus poſtea uſum pro majori corporis tutela *Cæſarius* innuit 6.5. ibi: *Cum ad prunas ſederet, nec Pelliceum* (expone *Indumentum de Pellibus*) *ſecundum conſuetudinem levaret, &c.* eoq; *Gallus, Geraldus,* pluresque Sancti Anachoretæ leguntur ve-

vestiti: ut in *Act. SS. B. land. Henscen. Papebroch.* describunt calamo politiori, ac fideli.

Ad quē *Homericum* locum, instructissima Eruditionis pęnus, ipsius Scholiastes, ac discipulus *Eustachius: Sciendum vero, inquit, non solum propter Spinas Chirothecas esse inventas, sed & ad alia promptè expedienda; Nam & sagittas jacientes Chirothecis utuntur, sed & non nisi Digitabulis* (ecce Dactylothecas) *ut & lavantes, & fermentantes.* Perfacilis enim est Inventis adjunctio, cum Natura, & Necessitas optimæ sint Magistræ, & Ars Artem doceat. Vide *Everard. Freithiū* qui *Sagittarios* iis vult usos, *Antiquitat. Homericar. lib. 3. cap. 7. pag. 209.* edito *Lugd. Batavor. 1677. in 12.* & *Gisbertum Cuperum Comment. ad Apotheosim Homeri.* Didicere etiam Rustici Latini ad arcendam injuriam tempestatum, *Sagis* addere *Cucullum*; propterea *Columella* scribit 11. 1. *Pellibus manicatis, & sagatis Cucullis.* Vestis ob vilitatem jampridem à Monachis usurpata.

Apta rursus adversus Spinas, ac usi-

usitata semper ab *Apum* aculeis tutela est *Chiro*, vel *Dactilotheca*.

Idem Manus tegumentum à *Græcis*, *Romani* mutuarunt. De primis *Xenoph. Hist. Græc.* 2. initio sic. *Eodem anno Cyrus Autobasacem, ac Mitrẽũ interfecit, sororis Darii filios, quæ itidem, ut Darius, Xerse patre nata fuerat. Ejus cædis causa fuit, quod cùm occurrissent ei, manus per Corẽ cinctas, non involuissent, id quod soli Regi Persæ deferunt. Est autem Core quiddam manu longius, intra quam si manum quis contineat, nihil omnino facere possit.* Vox autem Core, Manica interpetratur à *Bilibaldo Pirckhemero* ad eum locum. Nonnullis id esse placuit, quod vocamus *Manizze*: quibus minimè subscribimus, cum aliud constet ex textu aperto. Verum Utrisque ante usum *Cestus* in *Pugilatu* Loculi erant è crudo Bovis corio implicati, atque ad manus volam revincti, digitis nudis manentibus, ut Unguibus se decerpere liceret. Quod ex *Euryali* ac *Epei Iliad.* 23. *Daretisque*, ac *Entelli* Aeneid. 5. Ludibus cõstat, & explicat suis verbis *Pollux*.

De

De iisdem *Grecis* sic scribit *Athen.* *lib.* 14. *Hyeme non tantum caput, corpus, & pedes operiunt, sed etiam Manica induunt ad extremam manum, & digitalia.*

Et de *Chiridota* Veste, vel Tunica *Gell.* 7. 12. quod cum ea in convivio Adolescẽtulus inferior accubuit.

De *Romanis* *Cic. in Phil. solet enim cito ipse accipere Manicas*, & similia 5. *Verrin.* ubi *Ascon. Pædian.* Quemadmodum autem *Tunicæ* olim sine *Manicis* ignominiosæ, atque à Reis, ut plurimum indutæ apud *D. Aug.* 3. *de Doct. Christ. Paul. Diac. lib.* 22. *Hist. Miscell. Ruben.* opere laudato *pag.* 73. & similiter *Ferrar. lib.* 3. *pag.* 257. Plebs absque *Manicis* continuo in Tunicis. *Strabo lib.* 15. & *Pollux* 7. 13. & propriè hujusmodi servilis Tunica appellata *Colobium laneum Voss. in Ethym.* In Aegyptiis tamen Monacis cum manicis ad cubitos vix pertingentib. ex *Cassiano* 1. *Hab. Mon.* 5. *Colobium* enim græce mancam vestem significat, quia *Manicis* carebat, ut dicebamus: cujus usus vetustus in Diaconis, ne brachiorum

usitata semper ab *Apum* aculeis tutela est *Chiro*, vel *Dactilotheca*.

Idem Manus tegumentum à *Græcis*, *Romani* mutuarunt. De primis *Xenoph. Hist. Græc.* 2. initio sic. *Eodem anno Cyrus Autobasacem, ac Mitrẽu interfecit, sororis Darii filios, quæ itidem, ut Darius, Xerse patre nata fuerat. Ejus cædis causa fuit, quod cùm occurrissent ei, manus per Coré cinctas, non involuissent, id quod soli Regi Persæ deferunt. Est autem Core quiddam manu longius, intra quam si manum quis contineat, nihil omnino facere possit*. Vox autem Core, Manica interpetratur à *Bilibaldo Pirckhemero* ad eum locum. Nonnullis id esse placuit, quod vocamus *Manizze*: quibus minimè subscribimus, cum aliud constet ex textu aperto. Verum Utrisque ante usum *Cestus* in *Pugilatu* Loculi erant è crudo Bovis corio implicati, atque ad manus volam revincti, digitis nudis manentibus, ut Unguibus se decerpere liceret. Quod ex *Euryali* ac *Epei Iliad.* 23. *Daretisque*, ac *Entelli* Aeneid. 5. Ludibus cõstat, & explicat suis verbis *Pollux*.

De iisdem *Grecis* sic scribit *Athen.* *lib.* 14. *Hyeme non tantum caput, corpus, & pedes operiunt, sed etiam Manica induunt ad extremam manum, & digitalia.*

Et de *Chiridota* Veste, vel Tunica *Gell.* 7.12. quod cum ea in convivio Adolescẽtulus inferior accubuit.

De *Romanis* *Cic. in Phil.* *solet enim cito ipse accipere Manicas*, & similia 5. *Verrin.* ubi *Ascon. Pædian.* Quemadmodum autem *Tunicæ* olim sine *Manicis* ignominiosæ, atque à Reis, ut plurimum indutæ apud *D. Aug.* 3. *de Doct. Christ.* *Paul. Diac. lib.* 22. *Hist. Miscell.* *Ruben.* opere laudato *pag.* 73. & similiter *Ferrar. lib.* 3. *pag.* 257. Plebs absque *Manicis* continuo in Tunicis. *Strabo lib.* 15. & *Pollux* 7. 13. & propriè hujusmodi servilis Tunica appellata *Colobium laneum* *Voss. in Ethym.* In Aegyptiis tamen Monacis cum manicis ad cubitos vix pertingentib. ex *Cassiano* 1. *Hab. Mon.* 5. *Colobium* enim græce mancam vestem significat, quia *Manicis* carebat, ut dicebamus: cujus usus vetustus in Diaconis, ne brachiorum

nuditas amplius culparetur, ad honestiorem Dalmaticarum fuit immutatus, aperto *Papiæ* testimonio, & *Alcuini de Diu. Offic.* in Dalmatia inventarum, ac per *B.* Pontificem *Silvestrum* institutarum. Nimium vero *Manicatæ*, à Græcis dictæ *Chiridotæ*, Manus tegentes ob frigus, etiam probosę. De iis *Agell.* verba *Tunicis uti Virum prolixis ultra brachia, & usque in primores Manus, ac prope in digitos, Romæ, atque omni in Latio indecorum fuit, fęminis tantum permissum. Vnde Publius Africanus Sulpitio Gallo homini delicato inter cætera quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod Tunicis uteretur Manus totas operientibus.* Q. Ennius Carthaginensium *Tunicatam Juventutem* ad ludibrium dixit. Consonat *Virgil.* Carmen illud *Aen.* 9.

Et Tunicę Manicas, & habent redimicula Mitræ.

Talaresque, *manicatas*, aut distinctas, loco flagitii fuisse probat *Alex. Neapol.* 5. 18. Eæ semper in usu mollicorum ex *Agell.* ibidē. Hinc *Tull. de Invent.* 2. *Quos pexo capillo nitidas, & im-*

& imberbes, aut benè Barbatos videtis Manicatis, ac Talaribus Tunicis. At *Aelian.* consulendus *Var. Hist.* 1. 18. & ex Neotericis *Rhodius de Acia ad C. Celsum Dissert. de Fibula cap.* 5.

Incedebant *Romani*, aureis Reipublicę temporibus, nudis Manibus, Pedibus, & Cruribus, ut ad labores magis essent validi: solumque crura Toga demissa tegebant, aut ex invaletudine, palliola vestiebant, fascia & aliis ligabant ex *Quintilian.* 11. 3. Etiam si apud illos *Coriariorum* Ars & Negotiatio admissa. De iis enim Inscriptiones apud *Gruter. fo.* 283. 1. *&* 648. 8. *vol.* 1. Fatemur tamen Romanum Cœlum temperie qua nunc fruitur ditatum, ex Poli Arctici ad gradus quadraginta duos eleuatione, quod *P. Clavius* optimè fuit metitus *cap.* 2. *Spheræ*, ibiq; Nix rara, vel evanescens. Quibus addenda ex assuefactione, Frigoris tolerantia, quæ Faciem relinquit detectam, & Manus in Rusticis paupertatis causa, vel eas pedesque in Asceticam vitam professis ob Virtutem, sicut etiam solerter obseruravit *Jul. Nigronius de Ca-*

liga Veterum 2. 10. Paulatim ad arcendum frigus Ruri usi sunt: & Imperante *Trajano Plin. Ep.* 5. *lib.* 3. *ad Macrum* scribens de Auunculo *Ad latus Notarius cum libro, & pugillaribus, cujus Manus hyeme Manicis muniebantur, ut ne cœli quidem aspevitas, ullum studii tempus eriperet.* Ideò quasi vinculum quo propriè manus vinciebantur eas considerauit *Dempster. ad Rosin. Antiq. Rom.* 9. 17. Ob raritatem moris vix apparent Veterum Statuæ cum *Chirothecis*, præter Alienigenarum, hoc est Legatorum, quos *Dacorum*, seu *Getarũ* ad eundem Trajanum Cęsarem Triũphatorẽ Gẽs milit cũ crassis *Chirothecis*, & ex corio perduro. Id *fo.* 75. *nu.* 262. ostendit celeberrima Romæ, ac per Vniversum Orbem *Trajanensis Columna* insigne *Apollodori* monumentum, & luminis fæcundum *Raphaeli Sanctio, ac Julio Romano* è supremis Pictorum subselliis, quod Religioso prorsus studio Pictores Galli mandato *Christianiss. Regis Ludovici XIV. Maximi* opus dirigente *D. Carolo Evard.* Regalis in

Vrbe

Digitized by Google

Urbe Academ. ab anno 1666. delineabant, & jam habemus typis emissum; nec non Illustriss. Virorum de Vetustalib. benemerentium *Alphonsi Ciacconii*, ac *Io: Petri Bellorii* Observationib. insignitum. Peculiare autem, ac magis elaboratum *Syntagma* dedit anno 1683. *D. Raphael Fabrettus*; ex politionibus in veteri Literatura Vaticanæ Basilicæ Canonicis.

Inter *Strenas* forsan Vestiarias *Chirothecę* antiquitus recæptæ, de quibus eleganter *Martin. Lipenius in Strenar. Civil. Histor. cap.* 3. §. 81. ac 82. Vel inter *Præmia*, quarum nonnulla militibus data *Paul. Merula in de Romanor. Comitiis* recenset, ex *T. Livii* præsertim; Quamquàm summum, ad prætiositatem, aurum, ac Gemmas, in *Calceis* Veterum studiũ *Philipp. Ruben. Elector.* 2. 14. pernotet. Aliis muneribus scatent *Homerici* Textus. A *Tragicis*, ac *Ithyphallis* gestatæ *Chirothecę Gisbert. Cuperus* ad Homeri *Apotheos. fol.* 181. refert; quas *Tunicarum talarium manuleatarum* nomine *Ferrarius* involuit.

liga Veterum 2. 10. Paulatim ad arcendum frigus Ruri usi sunt: & Imperante *Trajano Plin.Ep.*5. *lib.* 3. *ad Macrum* scribens de Auunculo *Ad latus Notarius cum libro, & pugillaribus, cujus Manus hyeme Manicis muniebantur, ut ne cœli quidem asperitas, ullum studii tempus eriperet.* Ideò quasi vinculum quo propriè manus vinciebantur eas considerauit *Dempster. ad Rosin. Antiq. Rom.* 9.17. Ob raritatem moris vix apparent Veterum Statuæ cum *Chirothecis*, præter Alienigenarum, hoc est Legatorum, quos *Dacorum*, seu *Getarũ* ad eundem Trajanum Cęsarem Triũphatorẽ Gẽs mitit cũ crassis *Chirothecis*, & ex corio perduro. Id *fo.* 75. *nu.*262. ostendit celeberrima Romæ, ac per Vniversum Orbem *Trajanensis Columna* insigne *Apollodori* monumentum, & luminis fæcundum *Raphaeli Sanctio*, ac *Julio Romano* è supremis Pictorum subselliis, quod Religioso prorsus studio Pictores Galli mandato *Christianiss. Regis Ludovici XIV. Maximi* opus dirigente *D. Carolo Evard.* Regalis in

Vrbe

Urbe Academ. ab anno 1666. delineabant, & jam habemus typis emissum; nec non Illustriss. Virorum de Vetustalib. benemerentium *Alphonsi Ciacconii*, ac *Io: Petri Bellorii* Observationib. insignitum. Peculiare autem, ac magis elaboratum *Syntagma* dedit anno 1683. *D. Raphael Fabrettus*; ex politionibus in veteri Literatura Vaticanæ Basilicæ Canonicis.

Inter *Strenas* forsan Vestiarias *Chirothecę* antiquitus recæptæ, de quibus eleganter *Martin. Lipenius in Strenar. Civil. Histor. cap.* 3. §. 81. ac 82. Vel inter *Præmia*, quarum nonnulla militibus data *Paul. Merula in de Romanor. Comitiis* recenset, ex *T. Livii* præsertim; Quamquām summum, ad prætiositatem, aurum, ac Gemmas, in *Calceis* Veterum studiū *Philipp. Ruben. Elector.* 2. 14. pernotet. Aliis muneribus scatent *Homerici* Textus. A *Tragicis*, ac *Ithyphallis* gestatæ *Chirothecę Gisbert. Cuperus* ad Homeri *Apotheos. fol.* 181. refert; quas *Tunicarum talarium manuleatarum* nomine *Ferrarius* involuit.

Non tamen *Chirothecæ* in Agrorũ cultura pœnitus commendatæ. Hinc preter *Colum. 1. 8. Varro 1. Rei Rust.* 48. *Olea*, inquit, *manu stricta melior ea, quę digitis nudis legitur, laudabilior quam illa quæ cum Digitalib.* Et primævum luxum in sacris Virginibus *D. Chrysosth.* ita perstrinxit *Manus vero, sicut Tragædi, tam accurate Chirothecis muniunt, ut natura annexas eis existimes.* Adversus Persas *Curt. lib. 3. Illi aureos Torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas*; Persæ enim Græcis vetustis Luxuriosiores, *Chirothecis, & Manicis* quasi partium rei Vestiariæ distinctis, eo modo forsan quem exposuimus, Manus vestiebant. *Xenoph. Pædiæ lib. 8.* ex eoque Vir summus *Barnab. Brissonius* Senatus Parisiens. Præses in *de Regio Persarum Principatu lib. 2. pag. 235.* qui 3. 336. ob frigoris impatientiam hiberno tempore, illos abstinuisse bello, derivat ex *Socrate 3. Hist. Eccles.* 21. In iis verò *Persas*, Rege præsente, Manus cõtinuisse, Regesque indumento Manu lon-

Digitized by Google

longiori usos ex ejusdem *Xenoph.* 2. Eruditiss. *Bulengerius* observat in de *Vest. Pont.* 1. 40. *seu Oper. to.* 1. *pag.* 35. & consonat cum supra notatis.

Veteri forsan instituto *Lappones* hodie sub Zona frigidissima *Chirothecis* vulgari fama elaboratis manus munire Jo. *Schefferus* Argentoratens. tradit in sua *Lapponia cap.* 17. Quarum figuræ videndæ apud *Comit. Aurel. Anzium*, initio suæ *Biblioth. Cur.* inscriptæ nuper *Il Genio Vagante.*

De *Septentrionalibus* cæteris nihil adfert *Olaus Magnus*, qui, diversam hodie in utroque sexu ab antiqua vestitus, & ornatus formam, cum latissimis Manicis argenteis, vel deauratis notis, in medio clausis, describit 14. 1: & de Vestimentis ex Pisciũ Coriis. 21. 22. *Hungaris*, ac *Moscis* Manicarum longitudinem *Chirothecis* supplere ostendit in Italico opere cum Iconibus *Cesar Vegellius*, *de gli Habiti antichi, e moderni di diverse parti del Mondo fol.* 342. & 355. *Danis*, ac *Suecis* tamen Gallica forma arridet cum *Chirothecis.*

Digitized by Google

Turcis verò, cunctisq; Orientalib. extima vestis pellè subsuta, & *Alba* dicta, longioribus manicis, manus calefacit.

Germani Laborum patientissimi has Vestiũ quisquilias omninò spernebant. *Nec alius*, ita de ipsorum, morib. celeberrimus Scriptor, ac Politicus, *Fœminis quam Viris habitus, nisi quod Fęminæ sępius lineis amictib. velantur, eosque Purpura variant, partemque Vestitus Superioris in Manicas non extendunt, nudæ brachia, & lacertos: sed & proxima pars pectoris patet.* Hinc distichon lepidum *Musæ Italicæ* latinè pervulgatum.

Germani magnos possunt tolerare Labores
O Vtinam possent tam bene ferre sitim!

Cui *Germanorum* Satyra, nec injucunda

Vt nos dulce Merum: sic Vos Venus improba vexat
Lex Veneri posita est Julia, nulla Mero.

Adversus tamen Gentis corrupteas *Honorius III.* liberalissimus Indul-

dul-

dulgentiarum pro iis fuit, qui ſemel poſt menſam, & gratias biberent. Innuit *Boethius Epo I.C. Duacenſ.5. Heroic. Quæſt.1. Ne Cler. vel Mon.* 13. hoc ſalubri pharmaco, longas vitans compotationes, & Gratiarum neglectum. Quod Vulgus tribuit *D Bonifacii*, Nationis Apoſtoli Beneficentiæ; & numericæ oblitus circumſtantiæ, iterum iterumque ad nauſeam, & quaſi ad alienigenarum ſitim ſufflaminandam, ut *Polid. Vergilio*: videbatur, propinat. Quę Intēperantia ſanè dolenda. Priſci Ethnici Vino impenſius indulgebant, Diiſque nihilominus, & preſertim *Mercurio*, ſurgentes à conviviis, perpetuò libabant, ipſiſque Ebrietatis crimen probroſum. Quæ *Homer.* ac *Atheneus* fusè teſtantur.

Attamen apud hanc ferream Gentem *Guantorum* mollities ante plura ſæcula accæpta. Sic in Vita manu exarata *Caroli Magni ſub Friderico I.* Cęſare *lib.2.cap.34.* adeſt Lemma *de Guanto Imperiali in aere ſuſpenſo*. Ab eoque tempore ipſiuſmet *Caroli*, cultu, ac Virtutib. Sanctiſſimi

Imperatoris *Chirothecæ* duæ, Vnionibus aliisque preciosis lapidibus ornatæ, servatæ sunt cum ejus Corpore, aliisque sacris præclaris Reliquiis *Aquisgrani*: hodie *Norimbergæ* cum cæteris *Imperialib. Insignibus*, ac *Lancea Dominica*, quam Nobis debito Latriæ obsequio cultuque venerari faustum fuit: quemadmodum Gladium valdè gravem, (& paulo minùs illo *Scanderbegi*, seu *Georgii Castriotæ* Epirotarum Principis in Veneto Armamentario adservati, vix sustollendi à Viris Armis assueti) sibi ab Angelo cœlitus delatum, & ad feriendũ aptissimum, cum illo *Goliathi* Palæstini à Davide interfecti, ac in Sacro Tabernaculo repositi 1. *Sam.* 11. vel Pugione in templo Pythii ab *Antenore* olim, Ilio obsesso gestati, de quo *Phanias in de Tyrann. Sicil.* fortè cõparandum, præ manibus habuimus in ipsa *Aquisgrano*. De quibus *Chirothecis* testantur quoque *Hartmannus Maurus lib. de Coronat. Caroli V.* & *P. Iacob. Gretzer. in Syntagm. de S. R. I. Sacrosanct. Reliq. & Regalib. Monument. fol.* 5. Et tamen nullo ævo


in-



inter Cęſarea Inſignia recenſitę in locupleti *Caroli Du. Freſne de Imperat.Conſtantinopol. Numiſmat.Diſſertat.à nu.*16. ejus *Gloſſar.*addita: quãquam Regalia ornamenta perficiãt: Vnde Sapientiſſimus *Hiſpaniarum* Monarcha *Philippus II.* & in privatis veſtibus adhibebat; Imaginibus quoque ipſius fidem facientibus, quaſi nonnihil ea decoris præferant, ac Majeſtatis.

His Inſignibus necti poſſet pręcioſiſſimum illud unius ex *Chirothecis Beatiſſimę Virginis Mariæ* in Belgio, ac Audomaropoli ſub piiſſima Bertinienſium Aſcetarum cuſtodia, ſeu in Monaſterio *S.Bertini*,cum ejuſdem Capillis, opera Simonis cujuſdam quadrageſimiquincti Abbatis,è partib.Orientalib. jam translatę, & cũ Sanctorum Apoſtolorum *Petri*, *&* *Pauli* Reliquiis fidelium cultui expoſitæ.Sic meritò debebant veſtiri Manus illæ Tornatiles plenæ Hiacynthis, modeſtięque Virginalis Magiſtræ inſtructiſſimę.Habetur memoria temporis in *Chronico Belgico* anni 1182. textualeſque locos in iis fri-

gidissimis oris nimium aridos ad fert *Colvenerius*, aliàs per quamdoctus *Duacensis* Academiæ Cancellarius *to.1. Kal. Beatiss. ejusd. Virg.* die 15. *Iunii*. Ex quibus *Ferreolus Locrius Mariç Augustæ lib. 5. cap. 32.* Marianç *Chirothecç* miracula profert,& vide *Castrens. in Hist. Deiparæ, & P. Menoch. Stuore Ital. 4. 76.* In Basilica verò *Gaudiani*(Italis *Gozano*) Oppidi non incelebris ad lacum, seu mavis in *Riparia* S. *Iulii Diæc. Novarien.* in Insubribus decentissimè asservatur unum par *Dactylothecarũ*, quç fuisse *B.V. Mariæ* putantur, & tanquam hujusmodi, publico cultui exhibendas assentiuntur illius Diœcesis Antistites. Per *Bernardinum Turcum Episcopum Canoniensem*, & illius Basilicæ Primatem anno 1500. Delatç fuerunt. Videntur acu elaboratç ex selectiori lana coloris subfulvi nativi;& in textura,materia, & colore non differunt vel minimum,à Fasciis,quæ a ervantur, & coluntur *Mediolani* in templo *Collegii Brayden.Societatis Iesu*,qu bus (ut piè, ac publicè creditur) *B.V.* infantem *Iesũ*

in-




Digitized by Google

Digitized by Google

involuebat, eæ autem *Dacrylothecę* sunt aliquantisper à tineis lęsę, & integrę, si unum excipias pollicem, quē Religiosus quidam (ut fert fama) ob summam in *B.V.* devotionem, abstulit. Sunt satis amplę, distensęque laminis argenteis auro obductis, quæ Manuum extensionem imitantur; nec publico cultui passim, sed in solemnioribus Ecclesię festis tantum, magna cum Accolarum pietate, ac affluentia exponuntur. Hęc ex relatione *Jacobi Camilli Manini* illius Ecclesię Primicerii desumpsit oretenus *I.C.D. Lazarus Augustinus Costa* ex doctiorib. Oppidi *Ameni in Chorographia Ripariæ* nondum typis à se cōmissa *lib.* 4. in descriptione Ecclesię predictę. Vtinam Viri per quam elaborati desideratissimum opus lucis publicę usuram, quam primum accipiat. Lectori tamen pio, ac Philologo fideli, eiusdē venerabilissimę quidem *Dactylothecę* icone, interim ad postremas Opellę hujus paginas, ut potuimus, satisfaciendum curavimus. Alii autem, inter quos *D. Andreas de Sarssay in Panoplia Episcopali*

pali lib.5.fol.331. traditionem priori exemplo posse fundari sibi suadet de priscę Legis *Chirothecarum* usu apud *Iudæos*. Quicquid tamen sibi blandiuntur, ad sacras *Apostolorum* manus *Chirothecis* vestiendas minimè subsistit: nec locus est Traditionibus Ecclesiasticis absolutus, cum Verbum Dei scriptum apertum est, quemadmodum Theologi Polemici discurrunt.

E Germanorum fontibus alia exempla proferemus ni viderentur invalida, ut moris est frequentissimi apud illorum nonnullos, quos *Homines docendi avidiores quam discendi, plura quam legerint scribere: ac suā famam ex voluminum, quę edunt numero, ac magnitudine æstimare*, pingit lepide *Barclajus in Icone Animor.* perstrictus tamen à *Christ. Ad. Ruperto in Observ. ad Patercul.* 1. 5. 1. Sunt enim ad scribendum impigri, inveniendum curiosi, & Literarię Dignitatis cultores egregii; Quorum Linguę vocabula non pauca è Gręcis derivata adversus *Baysium*, & *Budęum* Gallos de propria nimis glo-

gloriosos probat ad oculum *Had. Iunius Animadverʃ.5.6.*

Apoſtoli ſequebantur Chriſtum, Servatorem, ac Magiſtrum Predicātem, & tacentem: cujus Tunica inconſutilis *Trevirorum* Auguſtę, ſive ſęvientib. bellis, in caſtro *Herbeſtein*, ubi Rhenus confluit, ac Moſella, *Eminentiſſ.Electoris* aſſervata, breves *Manicas* oſtendit. Nec Divinus homo, continuo benedicens, & medio tactu, humanos curans languores, ferebat manus veſtitas. Qua prorſus forma, dum nobiſcum ageret cōſueta, hoc ſęculo piiſſimę Viragini *Marię de Eſcobar* Hiſpanę, id humillime petenti. Ejuſque Icon devotiſſimum in privato noſtro Oratorio quotidiè veneramur.

Simili quoad *Manicas*, & breviori menſura *Tunica*, ſeu *Cappa* celebris, vel Chlamys *D. Martini*, Viri planè Apoſtolici, quam *Francorum* Reges ob ſui munitionem, hoſtiumque oppreſſionem jugiter ſecum ad caſtra portabant: ex qua voce parva templa *Capellę* dictę, majoribus fanis cohęrentia. *Sangalleſis* Auctor, ex

eo-

eoque *Casp. Barthius Advers. lib. 45. cap. 11. fo. 2082.* & legatur Vita ejusdem Sancti à disertissimo *Sulpicii Severi* calamo exarata.

Legimus autem in Poliglotis Vocabulariis, & apud *Vgutionem, Pellipariοs, & Pelliones*, qui pelles parabant: quorum vicus Hierosolymis per *Wilh. Tyrium* 14. 18. & *Consuetudines Monasterii* Regula *Omnes Pellipatii debent Priori bonam Pelliceam unoquoque anno in Ramis Palmarum.* De quibus *Iter Camer. Scotici* 23. *Debent accusari, quod faciunt Chirothecas, & res alias prius quam pelles, &c. Corrumpunt pelles, siue Coria in aquis.* Quæ forsan, citra luxum, vel delicias, similes Pellices Chorali, cujus mentio *can. 9. Concil. Colonien. an.* 1260. hodieque usus nocturnus hyemalis apud *Carthusianos* absq; Manicis, vel *Chirothecis.* Olim verò *Pelliti populi*, quia vestibus hisce induti, *ex D. Hieron. Ghoti*: & *Franci*, sic à *Fortunato 9. Poem. 5.* ostensi *Pelligeri veniens Chlodovectri gente potenti.*

Additat *Sauaron. ac Sirmũd. ad Sidon. Cluver. 1. Germ. Antiq. 16.* & *Du-*

Fres-

Fresne Glossar.to. 3.230.& 231.

De *Chinensibus* hęc in *Petri Maffei Hist. Indic.*6. *Per hyemem preciosis Murium scythonicorum pellibus, quas vulgo Martas, vel Zobellinas vocamus, calore admodum suaui, ac impenetrabili ventis densitate suffulciunt.* Quibus etiam ad manus, *Chirothecarum* loco; manicis nempe longioribus. Hoc animal *Musponticus* à *Plinio* vocitatus 8.37. At fortassè, *Armellinorum*, ac *Zibedinorum*, sub *Murium* nomine, Pelles apud *Amian. Marcellin. Senecamq;* confunduntur, quas fugiunt explicare, *Turneb. Advers.* 15.13.& post *Hadr.Jun.Sanctius* ac *Pignorius* ad *Alciati Emblem.*37. *fol.*206.

Adhibitas nihilominus à Frigidioribus quibuscumque non dubitamus *Chirothecas* dum sunt exituri, quod & frequentiùs nos agimus, vacantibus quoque, & expositis eo tẽpore manibus; Quemadmodũ olim, nec semper Calceati, sed cum longum iter suscipientes, egrediebantur Veteres. Apud *Homer.* textus *Iliad.* 14 & *Odyss.*16. ac alibi de *Junone*, aliisque. Et

Et continuò ab *Hispaniarum Physicis*, cõsuetudinis probatissimæ gratia, quæ in nonnullam Gravitatis speciem facili est lapsa. Hinc *D. Fräcis. Quevedo* acutissimè in Libro, cui Titulus, *El Sueño de las Calaveras*

Derseado è desde Niño,
Y antes si puede ser antes
Ver un Medico sin Guantes,
Y un Auogado Lampiño

sic enim in iis Regionibus Barba *Advocatis* culta, *Medicisque* Manus opertæ, ut pro quodam facultatum argumento, habeantur Pili, & *Dactilothecæ*.

His de voce, ac vario primo *Guantorum*, sive *Chirothecarum* usu finis esto.

CAPUT II.

Multiplex ac diversa Chirothecarum aptitudo.

CHirothecarum voce jam communi, & satis explicata, *Dactylothecas*, & cunctas *Guantorum* species co-

coire volumus, ita ut Manuum tegumenta, multiplici Artificum ope, accipienda sint. Earum Varietas Philologis non addita, minime hìc prætereunda. Videndus est de præstantiorib. ad usum Nobilium *Io: Iacob. Draco in suo Tractatu de Patriciis, fo. præsertim* 275. editionis Basileensis 1627. in 4. & de Margaritis aliisq; lapillis ornatis, tanquam Imperatoriç Dignitatis symbolis, percelebris inter *Histor. Bizanthynæ* Scriptores *Pachymer.* 7. 12. à Reu. *P. Possino* egregiè illustrat. Excedit enim rationem Vestis, ac ornamenti *Manus* ipsa *aurea*, velut illa qua, Dextera amissa, à *Boleslao III.* Polonorum Rege, *Zedislaus* Dux, & miles adversus Moravos, fuit magnificè donatus, *Cromero* teste *lib.* 5.

Aureis opponuntur *Ferreæ*, seu militum Armaturç veteres, vel thecç ex ferro, quibus manus, & brachia adversus ignis jaculationem, & alias hostium injurias manus muniebant ex *Wolfan. Latio Reip. Rom.* 6. 7. Vel Armillç, sive *Manicæ*, de quibus forsã *Isai.* 45. & Divinus Psaltes 149. eo ver-

Digitized by Google

versu: *Ad alligandos Reges eorum in Compedibus, & Nobiles eorum in Manicis ferreis*. Quę *Isidorus pro manuũ Vinculis* interpretatur. De quib. inter Ethnicos *Plaut.Mostell.*5.1.& 3.5.*Horat.* 1.*Epis.*26.ac *Virgil.*2.*Aen.* iis carminib.

Ipse vero primus manicas, atque arcta levari
Vincla jubet Priamus ———

sive quę olim inter suppliciorum tormenta uncis acutis pręfixis ad miserorum corpora laceranda, ut sępe *Prudent.* meminit, & pręsertim iis in *Symmachum*

Vngula fixa cavis costarum cratibus altos
Pandere secessus, & lacerare jecur.

Caspar Barthius paulo ante laudatus 40.13.1812. & vide *Gaspar Sagiparium de Martyr Cruciatib. in primitiva Ecclesia. Gallon* etiam in eod. opere *cap.*3.*fol.*157. Ubi, ex *Io: Hugone in Concert. adversus Calvinopapistas, & Sandero de Schism. Anglic. Chirothecas ferreas* dici, ad acerbè Orthodoxos homines in *Anglia* divexandos, effluxis annis excogitatas.

Ma-

Digitized by Google

Manualia Vincula *Plinius* appellaret. Verum eo in Regno Tormenti genus crudele, in quo quis, manibus in circulum quemdam ferreum dentatum insertis, & constrictis fortissime, suspenditur, torquetur, & ad infęlix deliquium cogitur. Nec dissimilia adversus homines de fide Catholica meritissimos à barbaris Religionis hostibus apud *Batavos*, ut prę variis ostendit Doctor *H. Slootz* amicus jam noster, in suo *De Orig. & Progressu Calvinianæ Reformat. in Belgio*.

Qua forsan, vel pejori forma, *D. Lazarus Monacus*, & Pictor, manibus olim laceratus, eo quod Sanctorum Imagines ad sacrum cultum effingeret. Nonnullos *Hebręorum* Cruciatos *Io: Saubertus Acad. Altorf. Theol. ac Ling. Oriental. Profess.* refert in *Exercitat. de Vulnerib. Christi*, inque ad *Passionem Domini Paralipomenis*. Quibus nescimus an temulenti illius militis Alapa sit enumeranda, utpotè ferrea inflicta *Chirotheca*, majoris crudelitatis causa; non enim id Evãgelici textus explicant, neque *D. Birgit-*

gittę patefactum comperimus; etiam si communis Concionatorum vox testetur, atque summis clamoribus detestetur. Nil ex *Landulpho* aliisque piissimis De *Vita Christi* scriptoribus.

Lucidiora tamen ad mixtam sensibilemque hanc materiam brevi speramus è Viri omniscii *D. Franc. Ptolemęi Quadripartito* eruditissimo, jã nobis benevole asserto *Criminali*, ubi de *Pœnis* cum figuris abunde, ac solide. *Gallis* dictę *Gantelest de fer* sunt quoque militares, de quibus statuta secunda *Roberti Primi Regis Scotię cap. 27. §. 1.* apud *Carol. du Fresne Glossar. to. 1. fo. 966.* quo in loco, ex Chronicis, & Poeticis codicibus nõnulla. Eę tamen non tormentarię. Per quas ferreas *Chirothecas* candẽtes vetus audax exploratio: de qua *Franc. Hotom. cap. 44. disp. de Feud. & Rittershus. cap. ult. q. 38. de Feud.* quoque. Hodie *militares*, nec durę, nec molles, ad gladium aptissimę, appellatę *Manopole* describuntur Italicè à pręclaro Bellorum magistro *Francisco Patricio in Parallel. Militar.* in-

qui-

quibus modernos cum Veterib. cõparat *p.2.lib 4 cap.4 fol.64.*

Similesque pręfatis ad venenata Insecta rapienda, ne facili, ac lęthali morsu lædant raro adhibitę: potius enim vi verborum incantantur, docente id Divino Psalte 57. 5. 6. ibi *Furor illis secundum similitudinem Serpentis, sicut Aspidis surdę obturantis aures suas, quę non exaudiet vocem Incantantium, & Venefici Incantantis sapienter.* Ad quę D. *Nyssen.* & postea *P. Lorinus* surditatem procurandi, aure altera terrę affixa, caudaque in alteram infixa, solertiam explicant. Et videndi *Villamontius Itiner.3.12.P.Scottus Magię Univers. to.2.p.2. lib.4. cap. 2. ex fol.206.* & alii.

Quę *Manopole* humanæ vindicantis Tutelę Index, seu Divinę Justitię symbolum. Ex argutiss. *P. Piccinellio* 22.15. sui *Orbis symbolici.*

Lapideas, tanquam Naturæ portẽtum, vidit, ac probavit *Fridericus Cæsar*, missa altera ex suis, sigillo clausa ad celebrem in *Gothia* fõtem, qui *Alberto Magno* affirmante, in saxum

xum vertit quicquid in eo immergatur; Cum enim per aliquot dies mersa foret in fontem pellis medietas cum sigillis, illa tota visa est lapidescens,& prorsus dura, medietatis reliquo manente in pelle. Narrat curiosissimus *P. Athanas. Kircher. to. 2. Mundi subterranei lib. 8. cap. 2. §. 48.* In Fluminib. *Calabriæ*, ac *Lucaniæ*, Fungos, ac similia fragilia Terrarum excrementa lapidefacta nos quoq; pluries observavimus.

Verum *Chirothecas* præclarum *Fidei* Symbolum, ac Pignus, ex præstantia *Manus*, quam vestit *Fidei* dicatę Jo.Boccatius Italicè de præclaro Viro *Novell. 34. 8. E in segno di ciò mandò al Rè di Tunisi un suo Guanto*,& vide *Tau. Rit.* relatum in Lexico Ethrusco, seu recentiori *Vocab. Crus. to. 3. fo. 812.* verbo *Guanto*. Per illas non semel res tradi consuetæ: quod insinuat selectis ad *Marculfi* veteres *Formulas Eruditiss. Hieron. Bignonius.* Pictaviēsis Pugnæ memorabili quoque exemplo liquet; in ea enim profligato ab exiguis, *Eduardi Walliæ Principis* copiis, *Francorum* exercitu;

In-

Infælix *Ioannes Rex* necessitate coactus extrema, *Dionysio de Merbeq.* Anebatensi Equiti,& Angliam transfugę se dedidit *Chirotheca dextræ suæ manus illi tradita* supplex,*ut quoniam ex sua parte cerneret omnia susque deque versa, ad Walliæ Principem cognatum suum se tuto deduceret*. Verba prorsus eadem *Gillii* Scriptoris non ignoti.

Hinc forsan Hispanis *salvo el Guãte* dę candido prolatum amore: & *Assentar el Guante* de sũmo probro. Commune verò Adagium apud Nostrates, Amoris ulterior Via: *L'Amore passa il Guanto* Amicis Dexteram præbendo, cum fida Amicitia, aulicos quidem putidos respuat mores. Manui ludens propterea cecinit *Frãciscus Petrarca Son.* 167.

Candido, Leggiadretto, e caro Guanto.

Hospitibus enim adventantibus domi excæptis dextras præhendere consuetum, *Achillis, Diomedem, Ulyssem*, Legatosq; *Agamemanis* recipientis exempla in *Homero*. Sic *Pallas* apud *Virgil.* ubi *Serv.*

Excæpitque manu, dextramque amplexus inhæsit.

Antiquiores *Græci*, ac *Romani* publicis, qualia nos habemus, carebant Diversoriis; proptereà humaniores, etiam absque Tesseris. Quod Nos latius in *Commentar.* nostro *De Hospitālitatis Jure* exposuimus.

Præfatus tamen mos *Manum* tangendi Religioso statui omninò repugnat, vetitumque intra ipsius etiam limites, ut *Pacomius num.* 51. aliique Patres Veteres, quod *Leáder*, & *Fructuosus* docuere *Menardo*, ac *Holstenio* compilantibus de *Antiquis* eorum *Ritibus*, qui & alibi à nobis laudātur.

Vocata quoque ab Italis Poetis legitur *Chirotheca*: *Spoglia della mano, Spoglia odorata, Spoglia cara, Vagina odorata, Trapunto serico, bello, e aurato*; ut *Murtolæ*, ac aliorum texentibus, eleganter *P. Io: Bapt. Spada nel Giardino degli Epiteti fol.* 348.

Neq; *Tactum* obstare Manui *Chirotheca* obvoluta, ad sacrum Ordinē irritandum, si illa adhęreat *Clauib. Ceroferario*, *Calici*, ac similibus Instrumentis: quia communiter, & optime

me tangere dicimus, ac palpare hominem, apprehændendo; illumque trahendo, dextera induta brumali *Guanto*. Definiunt Scholastici è primoribus quidem subselliis, *Vasquez*, *Coninch.Palaus*, *&* *Bonacina*, quorum postremus adjungit sibi videri indubium. *P.Gobat.in Theol. experimental.Tract.8.casu 3.sect.1.n.60.fo.728.* fatendo se nescire, qui de hac sententia suspicetur. Videndi quoque sunt *Bosc.de Sacram.p.4. disp.10. tota sect. 7.& Dom.Reding.to. 6.qu.10.n.2.controv.3.nu.9.* Singularemque casum refert *Petrus Marchant. in Tribunal. to.1.sect.6. tit.5. qu.3. Coroll.2.* Hinc vulgare Adagium Propria *Tangere cũ manicatis manibus verenda*, seù *Curiũ simulare*, de qua *Crusca lo.mox cit.*

In *Osculo* autem, sive Homagii, & subjectionis, sive Reverentię Regnantibus, ac Principibus oblato, velut *Hispanorum Regibus*, & *Cęsari* ab Episcopis, ad quod Ignobiles Viri minimè accepti, Dextera nuda passim admissa. Videndus plenè *Martin.Kempius* in *Dissert.de Osculis num.9.* iterum anno 1680. auctus & *Francofurti*

ti ad *Mænū* impressus.Quod Nos,*Regibus* plurimis,*Augusto Leopoldo* ipsiusq; Serenifs. sorori *Eleonoræ Polonorum Reginæ*,variisq;*Sacri Romani Imperii Principibus* , atque *Electoribus* Manus ex gratia non semel deosculantes advertimus.

Tactu Fascinum haudquaquam induci affirmat *Gutierrius* eodem opere *dub*. 1. *num*.5. qui simpliciter absque ullo involucro intelligitur. Hinc pervulgata Strumarum sanatio *Galliæ Regis* unico manuum tactu.Ex Jo:*Ildephonso* de *Fascino*, ac centenis Historicis,preter annuale exemplum non absque summa admiratione repetitum. Quod peculiare quidem Privilegium *Anglorum*, *Hispanorumque* Regibus cælitus communicatum. Jo:*Christ.Fromman. De Fascinatione* consulendus abundè *lib*.3.*p*.2.*cap*.3.

Utrum Alapa intermedia *Chirotheca* inflicta probrum aliquatenùs augeat, vel minuat? Quæstio Politica est potius quam Juridica, rem in uno eodemque statu constituens, ut censemus; Cum enim nonnullius Facies Iracundiæ calore, sive ad Tutelam,

lam, ſive ad Vindictam cæditur, parum refert an id nuda, vel induta Manu agatur: Quia ſemper ex Poeta *Aen.* 1.

——— *Furor Arma miniſtrat*

Et 7. ——— *Quod cuique repertum*
Rimanti Telum Ira facit ———

Conſonat illud *Claudiani Epig. de Iracund.*

Pro Telo geritur quicquid ſuggeſſerit Ira.

Tanquam promptum, ac paratum. Secus autem foret ſi quis, opera data, & majoris percuſſionis gratia *Guantum* arriperet: quia tunc Inſtrumentalis Injuria gravior, eademque, ac *Xiphothecæ*, ſeu Gladii Vaginæ videretur. Cui tamen reſponſo, minime accedunt acutiores *Hiſpani*; Apud eos enim *Dar Guantada*, manu ſcilicet ſic induta faciem ferire, nullo eſt opprobrio, ex primo forſan motu, qui cenſetur involuntarius. Et contra habetur injurioſa *Boſetada*, ſeu nudæ, ac apertæ Dexteræ percurſio, quæ anſam *Duellis* præbet; quemadmodum mox videbimus. Ex quibus diſcrepantiis humanarum levi-

tas constat sententiarum. Videnď *Covarr.in laud.Thes.*

Non inficiamur, Cutim externam primarium *Tactus* organũ seu principium, cui membranæ musculos insequentes, ac viscera succedunt. Ita philosophante in suo *Sepulchreto*, sive *Anat.pract.Theoph. Boneto lib.1. sect. 13. observ. 5. fol. 275.* In quo sensu enudato, Virtutem ad colores quoque discernendos subsistere; quemadmodum Nobilissimus Philosophus *Robertus Boyleus*, in Regia Societate Anglicana observavit, ex *Chimista Sceptico*, sive *Experiment.histor.Color. p.2. cap.1.* ubi *fol.44.* refert nigras *Chirothecas* à Solis radiis citius quam albas calefactas visas.

Propterea etiam nuda manu, varioque digito *Annulus* gestari consuetus, ut de *Pronubo* in digito sinistræ inter auricularem, ac medium sic appellato, quà norma id observari nostra cernimus ætate ex *Agell. 10. 10.* plenè *Petrus Millers* de *Annulo Pronubo thes.9. nu.1.*

Poetis, atque inconditis Amatoribus visa est *Chirotheca* Manus ergastu-

ſtulum, quam perhorrens *Anton. Ongaro* in *Rime p. 1. Son. 6.* ad Mulierem nonnullam ſic ſcripſit.

O bella Man più che Alabaſtro bianca
Feritrice d'amor, ſoave, e cara
Man che di gratie, e non di piaghe auara
Pungi del petto mio la parte manca.
Man fido appoggio à la mia vita ſtanca,
Onde le vie del Ciel l' anima impara
Per cui ſola il cor laſſo ad ogni amara
Paſſion ſi ſottragge, e ſi rinfranca.
Se qualche premio al mio ſervir ſi deve
A gli avidi occhi miei, cui tanto piacì
Non ti ricuopra Guanto invidioſo.
Si che co' Guardi almen, ſe non co' Baci
Goda l'Avorio, e l'animata Neve,
Che mi ſparſe nel ſen foco amoroſo.

Meliùs tamen perpetuus *Homerus* noſter *Torquatus Taſſus* (à cujus Idearum ſublimitate, ſuaviſſima *Jo: Bapt. Marini* Muſa palmam preripere haud potuit) ſic *de' Guanti*.

La bianca Man ch' entro odorate spoglie
Più lor porge d' odor, che non riceve,
E che ignuda arrossir fà poi la Neve,
Mentre à lei di bianchezza il preggio toglie.
Mi starà sempre ascosa? e le mie voglie
Lunghe non fia, che appaghe un giorno breve
Se avara esser di se sempre mi deve,
Il mio filo vital perche non scioglio?
Bella e rigida man, se così parca
Sei di pietà, che il titolo disegni
Di mia liberatrice à sì gran torto.
Prendi l'officio almen della mia Parca,
Mà cotal carme il mio sepolcro segni
Vive la fè quì, dove il corpo è morto.

Quibus addere non displicet acutissimum illud *Mariæ Ungarorum Reginæ* postmodum Augustæ ac *Leopoldi Cæsaris* parentis, *Neapolim* appulsæ à *Patre Salvatore Varone* è *Soc. Jesu*, Viro in Parthenopæo Parnasso me-

Digitized by Google

meritò adſcripto, dicatum Epigramma.

Dactylotheca auroque tumens, auraque Sabæa
Palmam ne poſſint ſceptra nocere tegit.
Auſtriaca es; ne quære manum formoſa tueri
Calluit à ſceptris; nec timet illa teri.

Ad Cujus *Reginæ* Comam, ſic ejuſdem Societatis *P. Julius Cæſar Deſtici*, in *Polihymnia*.

Tortilis in ſpiritum redigit tibi Vitta Capillum
Vitta per auratas ſerpere docta Comes.
Nil mirum pexo quod, ut Anguis oberret in auro
Auricomi cuſtos Velleris Anguis erit.

Argutiùs quòque morali, & lemmate in eadem cultiſſima Societate, Poeta nemini ſecundus, nobiſque accæptiſſimus, *P. Antonius Manfredi* ad *Guantum vulgo Frangipanum*.

Dactylotheca dedit nomen, cui fractio panis.

Abscondit dominam divite odore Manum.
Proh dolor! optatum panem ne frangat egenis
Impedit, insigni compede Avaritiæ:

Aenigma lepidum de *Chirothecis*, Puellis varia forma, sed æquivoca, & non pænitus honesta exhibitum per Marchionē Vasti clariss. Hispaniæ, ac Neapolitanæ *de Avalos* Familiæ, *Donius* refert *de Pistolotti Amorosi lib.*1. *pag.*75. *àter. Venetiis an.*1588. *emisso*. Ubi Florentinus hic patricius *Chirothecas* minimè adhibitas, censet prorsùs inutiles, èasque describit pilis intus forisque indutas, ac sericea nonnunquam veste ornatas. Quarum ex simplici, & sepè consumpta pelle usus ludricus *Bononiæ* in Urbe Italiæ, ac Ditionis Pontificiæ maximè clara: in qua gerentes *Guantum* ad pileum habentur pro personatis.

Homagium etiam fidele fuit alicubui *Chirotheca*; ad quod probandum sufficiat referre *Neomagensis*, ex Belgii fæderati Urbibus, sedeque Comitiorum Pacis universalis, conse-

ſuetudo, mittendi quotannis ritu ſolenni, velut in agnitionem immunitatis *Aquiſgranum* per hominem certum *Chirothecam* Pipere plenam. *Guicciard.in Deſcript.Belgii pag.* 120. & Jo: *Limnæ.de Ju. Publ. to.*1. *cap.*9. *nu.*57. Rurſus *Regiomontii* in Boruſſia quum Duci Homagium præſtatur, eidem veteri ſtylo per Conſulem antiquæ Civitatis offerri conſuetæ *Chirothecæ. Limn.Jur.Publ. ad lib.*4. *cap.*7. *pag.*903. & *Fritſch*, videndus *de Nundin.cap.*4. *num.*10. Apud *Gallos* teſte Jo: *Bodino Reip.*1.9. *fol.*150. *Vaſſallus idem, ac Subditus, Arma, pileum, pallium, Chirothecas exuit, genibuſque flexis manus ſupplices in Principis, aut Procuratoris ſui manus inſerere neceſſe habet, & ita fidem præſtare.*

Illius jactu *Duellum* indictum; ſiquidem in privato certamine, cujus inſigne *Hector.* ac *Menelai* exemplum & plura in *Herod.Calliope*, & *Diodor.* 4.183. pugnaturi *Civilibus* olim, ac *Longobardicis* Legibus faventibus. imò in Prætoribus, ac Principibus imperantibus cõſueſcunt pignus dare, provocatorem ſcilicet prius, poſt-

modum laceſſitum; quod pignus plerumque apud *Germanos*, & alios fuit *Chirotheca*: eaque velut ſymulachro, Fides non modo mutua adſtringebatur, verum & cavebant Victori de ſumptibus in eam rem factis ex bonis victi reſtituendis. *Rittersbus. par. Feud lib. 1. cap. ult. qu. 35.* Quo in ritu ſat erat humi *Chirothecam* proiicere, idque acto quiſque provocabatur lege ſeſe à criminibus, de quibus accuſabatur, expurgandi, *Quod licet Comes*, verba ſunt *Matthæi Pariſ.* de anno 1245. *inſtanter inficiaretur, ſtatim miles ſupradictus more Francorum Chirothecam ſuam ei porrexit ſe offerens in propatulo coram Curia id corporaliter ſecundum conſiderationem Curiæ Regalis probaturum, &c. quam Chirothecam quaſi Duelli Vadium oſtēſam Comes recæpit, ſpondens ſe defendendo dimicaturum contra ipſum, &c.* Hæc in Anglor. Hiſtoria. Similia *Cironius adnotat in Paratitl. in 5. lib. Decretal. tit. de Nov. Oper. Nunciat. pag. 445.* Exemplum de mutua per *Chirothecam* provocatione, & ſumma nefandi vitii infamia, ut in *Longo-*

bard.

Digitized by Google

bard. de Conviciis *l.* 1. & *de mal.* & *pub.crim.*in *Cave* refert *Jul.Ferrett.cõſ.* 6.initio. Tunc autem, quia præter caſus Rixarum, pœnis humanis, ac Pontificiis locus. *DD.in cap.Monomachiam* 2.*qu.*3. *l.un.C.de Gladiator.lib.* 11.*Ludov.deciſ.Lucenſ.*11.*P.Steph.*de *Neap.*1.18.aliique.

In publicis Londini Regiiſque Acclamationibus in ſummo *Divi Pauli* templo antequam Igne abſumptum eſſet, iis planè verbis *Vivat* Jacob.*II. Magnę Britanniæ, Franciæ, ac Hiberniæ Rex*; Chriſtianiſſimi Legatus, jacta *Chirotheca*, ac Notario id cum teſtibus ſcribente, privilegium ſui Regis ſalvum fore acutis quidem clamoribus denunciabat.

Lubet hic ſilentio minime involuere Poeticos Affectus Italice expreſſos ab *Antonio Baſſo Poeſ.par.*2. *fol.* 180.*in Madrigal.* de *Chirotheca* dono miſſa non tamen grata.

Non è dono, mà danno
Queſto che manda à mè Guanto odorato
Colei che antico è del mio petto affanno

En-

Entra à nuovo steccato
Horsù mio cor, che con sì grato in-
ganno
Mentre mostra che t'ama
A Duello ti chiama
Non sai che sol tien vanto
Provocarti à disfida in Guerra il
Guanto?

Quandoque sanguine tinctæ ad Hostes delatæ, ad Pugnæ, vel Conflictus diem indicandam, teste *Cæsare Manentio Histor.lib.6. pag. 184. ante fin.*

Id egit *Carol.V.* Cæsar adversus *Solimanum* Turcarum Tirannum, Hungariæ, cum Exercitu copioso accedentem, qui pugnam detrectans, *Non te Carole, sed fortunam tuam metuo* eidem respondisse perhibent. Consule *Mutium* de *Duellis*, eodemque opere *D.Voet* Ultrajectinum, & novissimè anno 1691. *D. Joseph Ansideum* Italicè *nel Trattato Cavalieresco pag.17.*

Antiquissimus autem mos, ex illo sacri Textus derivatus *In Idumæam extendam Calceamentum meum.* Ubi *Rabi Himanuel* adjungit *Chirothecam:* quæ projecta velut quid in manu

nu paratum, & facili, absque ullius detrimento, repetendum. Sic *Pineda in Job.* 1.1. *fol.* 19. E fenestra, exutis manibus, ejecit Virago præstantissima, *Domina Maria de la Zerda, Montisalti*, ex *Moncada* Principi familia, Ducis Uxor, in generosa illa sæculi pompis valedictione; cum *Teresianũ Carmeliticum* indui decreverat Scapulare: quemadmodum è pio Discalceatorum Patrum calamo in ipsius legimus Historia.

Hinc *Aloysius Pulcius* non Gregarii nominis Poeta Etruscus in Poemate inscripto *Il Morgante Can.* 24 *stan.* 81. *pag.* 287.

Pur se tu sei così deliberata
Di voler del tuo Padre vendicarti
Non sia la nostra Eccellentia mancata;
E se vuoi con Orlando riprovarti
Ti manderò del Guanto la Giornata.

Et *Franciscus Cieco* Ferrariensis in suo Opere *d'Armi, e di Amore* titulo *il Mambriano Can.* 18. *stan.* 52. *pag.* 209.

Eccoti in questo aggiũgere un Trombetto

Col Guanto innanzi al Magno Rè
Alifarne ,
Che disse il Campion nostro è già in
assetto
Co' colpi suoi , chi vuol vegna assag-
giarne
pinagora rispose, il Guanto accetto .
Crederesti tu mai di spaventarme
Con le tue brusche, e rigide parole
Io t'avviso fratel, ch'altro ci vuole.

Ad Pacis jura contrahenda,fœderaque firmanda , sive ad alia quibus adesse nequibant , per Imperatores, ac Germaniæ Reges , *Guantos* quoq; missos legimus . Apud *Philipp. Camerar. Horar subcesiv. sive Meditati Histor Centur. 1. cap. 35. circa fin. fol.* 164.& *Christophor. Hendreich. Reipubl. Carthaginen. lib. 2. sect. 1. cap. 2. fol.* 171. *in fin. Edit. Amstelodam.* 1664. *in* 8. In similibus autem Manus junctas, præter sacrum Textum *Exo.* 23. 1. docēt *Justin.* 11. *de Dario. Stat.* 1. ac *Tull. Philipp.* 1.

In Regio *Lutetiæ* Nemore, forsan *Vincenne*, alteram ex suis, *Francorum Rex Franciscus I.* ad Venatorium Projecit Canem: quę ab ipso amissa, rap-

rapta fuit ex officina *Parisiorum*, & confestim quædam similis Domino fideliter restituta, vel potius delata. Sic *Jo. Boter.* in suis *Memorabilibus.* Meritò igitur inter Corpora symbolica enumeratæ *Chirothecæ*, ut ex Viris argutissimis, *Ferrò*, *Jovio*, *Alciato*, *Piccinello*, ac *Thesauro* discimus. Et ad Heroum, ac Principum ornanda pluriès augendaque Stemmata, gentilitia.

Barbarus tamen mos, & audax facinus eorum, qui occultam formam enecandi produxerunt, per oblationem scilicet *Chirothecarum* Venenatarum: quam gratis affirmat ab Italis excogitatã *Matth. Zimmermann. in suis Analect. Miscell. mense* 1. *nu.* 51. *fo.* 57. cum apud alias Gentes id nec novum, nec rarum. Repetimus tantum casum Historicis obvium, Uxoris scilicet Crescentii Cos. ab *Othone* 3. *Cæsare* suspensi, quæ forma eximia excellens supra cunctas mulieres illo ævo percelebres, regnandi spe Imperatorem ad sui amorem pellexerat. Verum ipsius reditum in Italiam meditatum pernoscens, *Chirothecis* affa-

brè

brè confectis Venenum infuſiſſe rumor fuit, quibus ab *Othone* muneris loco accęptis, paulatim conſumptus & viſceribus protritus interiit, anno Imperii decimonono. Cujus corpus, cum Imperii Inſignibus, Gerṁani per Gallias, ſibi viam parantes Armis *Aquiſgranum* detulerunt, atque honorifica pompa in tumulum condidere. Mentio eſt *lib.*4. *Chron. Cuſpiniani*, & *Caſpar. Peuceri pag.*600. Nec diſſimile exemplum Necis inſidioſę apud *Eman. Metteran. lib* 4. *cap.* 2. *fol.* 125. De Uxore *Franciſci I.* & *Caroli IX.* in Gallis. De Joanna *Navarræ Regina*, & aliis, *Hofmann.* in *Lex. Hiſtor.* verb. J*oanna Albretana*. Quę partim tranſcribunt à *Gregor. Rittherſ. de Ju. Aſyli cap.*3. §.49.50. & *Dracone de Patriciis pag.*172. & 173. poſt *Laur. Beyerlinch. in Theat. Vitæ Hum.* verbo *Venenum*, & alios; quamquam illud cautè ſemper legendum, & cum Auctoribus allatis conferendum ſępè, fides enim ipſius periculoſa, ut *P. Jugular.* monuit in ſuo *Ariadne*, ac Nos non ſemel perſpeximus.

In Urbium etiam Obſidionibus

mos

Digitized by Google

mos fuit Regum jampridem *Chirothecam* iniiciendi: signum se statuisse non soluturos obsidionem donec Urbe potirentur. De quo ritu fidem facit *Rabbi Immanuel* in *Ruth cap.4.* cujus opera, ac doctrinam laudat Preceptor noster Lingue sancte, venerande memorie *P. Abbas D. Jul. Bartoloccius* Congregat. Fulliensis in suo *Lexico Rabbinico* tribus Tomis in fo. distributo.

Adhibitam simili decore in Urbibus condendis, in Metrocomaris, Jure tamen Saxonico, plures notant ad illud *lib.2.art.26.*& cum prefato *Rittersus.ibid. cap.3.§.34.fo.49.* De quo Jure in Moneta cudenda signum consensus. Habetur ex *Specul.Sax.n.26. §.6 lib 2.* ibi: *Nemini licet Forum erigere, vel Monetam de novo instituere sine consensu ejus loci Ordinarii, seu Judicis, etiam Rex in signum sui consensus, suam ad hoc mittere debet Chirothecam.* Et scribunt *Gothofred. Ant. Disp. 4. thes. 3 litt. F. Limnæus Addit ad lib. 4. cap. Jur. publ. to. 1. pag. 603. Cranz. in Metropol. lib. 4. & Fritsch. de Nundin. cap. 4. nu. 10.*

Ad

Ad ſtipem quoque apud *Hiſpanos* Patriciorum dextera in cauſis piis multiplicibus paſſim eo petendam pelliceo Inſtrumento, cauſam dedit vulgari Adagio *Echar un Guante*.

Verũ *Chirothecarum* dignitas prælucet maxime in *Feudalib.* ſeu ſolennibus aliis *Inveſtituris*. Ideoque *Sleidan. lib.* 19. *Comm.fol.*347. meminit quod *Rex novis Veſtibus induitur, & in utriuſque manus palmam jungitur: manus deinde componit ad pectus, & Chirothecis induit conſecratis, ut vocant*. Eaſdem adhiberi in Inveſtitura Epiſcopatus *Albert. Krantzius lib.* 4. *Merop. & Gothof. Ant. loc. cit.* Scribit tamen *D.Bernard.* vel quiſquis alius Auctor contemporaneus *ſerm. in Cœna Dom.* In *Eccleſia, Inveſtitura Canonici per Librum, Abbatis per Baculum, Epiſcopi per Baculum, & Annulum ſimul*. Clariores Textus deducuntur ex Charta Liemari *Archiepiſcopi Bremenſis*, qui ante impiam Oſnaburgenſem, ſeu Veſtfalicam Pacem Primatis honore fruebatur totius Germaniæ: nunc vero ipſius Eccleſia Lutheranam Reformationem de-

deplorat. Anno igitur 1088. inter Privilegia ejusdem *pag.* 168. legitur: *super Reliquias nostras cum Chirothecis, sicut mos est liberis Saxonibus tradidit, &c. Aderat Comes Fredericus Advocatus Ecclesię, qui Chirothecam traditionis sacris Reliquiis impositam, ut mos est, abstulit, & ab ipso Gerardo per digitorum extēsionem, promissionem confirmationis accępit, &c.*

Similia ex *Berardengensis* Cęnobii *Tabulario* in Territorio *Senensi* apud *Chifletium* in *Luminib. Salicis ca. 6. anno* 1109. & 1121. & aliis *Tabulariis*, & *Regesto Parlam. Paris.* sub voce *Quantone*, & *Wanto*, quę non oportet huc transcribere. Charta Berengarii Regis Italię apud *P.* Ughell. in *Episcop. Veronens.* ubi legitur: *Igitur omnibus volo, & statuo, atque per meam hanc paginam Testamenti, & Judicati per Wasonem Terrę, ramis arborum, & festucam roboratum, atque cultellum, & duos Wantos, totum insimul juxta legem meam Salicam attendere visus sum, & confirmo, &c.* Tabulariū Caroffense apud *D. Carol. Du Fresne* in alias *cit. Glossar. to. 4. fol.* 1388. *Ipsi*

Mo-

Digitized by Google

Monachi præfati Cœnobii afferant illi Gantos duos, & duos Cereos cum duob. botis nectare plenis. Ex Tabulario Deiparę de Josaphat. *Dederunt cum Venditionibus, & Gantis*. Et *Chirothecam* fuisse partẽ prætii Investituræ, quę non tam Domino, quam ejus Ministeriali competebat, *Majori*, vel *Villico*. Patet in *Tabular. Ecclesiæ Ambian.fol*.52.ubi *Theobaldi* Episcopi Charta sic loquitur: *Si aliquam Territorii partem venundari contigerit, Domini venditiones habebunt, scilicet tot denarios quot venditor inde habuerit solidos. Major vero terræ illius pro Wantis accipiet duos denarios*. Ad saturitatem exempla in eod. *Glossar. fol*.967.

Nec omittimus, per *Chirothecę* jactum conclusam olim *Neapolitani Regni* Investituram, quemadmodum de *Corradino*, qui eo signo hęredem suum *Petrum de Aragonia* instituit. Jo:*Ant.Summontius Hist.Neap*. Italicè *lib*.3. *fol*.255. Fusius tamen *Hofmannus in Lexico Histor. verb. Corradinus*.

In concessionibus *Privilegiorum*

Do-

Doctoralium frequens, ut Hoſpitibus, & Spectatoribus diſtribuantur *Chirothecę*. De uniuerſa *Germania* ſcribit *Georg. Rittherſ.* opere laudato *Juris Aſyl.* 34.9. quem, & laudat *Jo Georg Schielen Biblioth. Enucleat. fo.* 169. Idem *Romæ, Bononiæ*, ac *Piſis* ſplendidiſsimè, cum præſertim Inauguratio fit *alla Nobiliſta*, cunctis adeuntibus diſtribuuntur *Chirothecę* ex albis, & inodoratis pelliculis in proxima Urbe *Lucenſi* cōparatæ, ſicuti Nobis, ad Juris utriuſq; Laureā immerito promotis eò mittere contigit, ne quis abſque iis, quæ in ea Civitate Academica haud proſtant, męſtus abiret. In cæteris ferè Italiæ Univerſitatibus id quoque.

Nec fruſtrà munus, & uſus, quibus fulgent Veſtium ornatus; adeout elegantibus *Chirothecis* ſuperbiant Ruſtici, ac Plebeii; Nobiſque ad calamum revocant illa *Guillerm. Briton. Philippidos* 12.253.

Ruſticus ornant dum fulget Imperiali
Se ſtupet, & ſummis componi Regibus audet
Ex habitu tantum ſibi mens præſumit, ut ipſum *Eſ-*

Esse hominis vestis mutare aliena putetur.

Quos acuta *Boetii* Philosophia *de Consol.* mordicè refutaret.

A Regali Vestium splendidarum erogatione Magnatibus impertitæ, nec absonæ: de quibus pro *Anglis Matth. Westmonast.* anno 1201. & 1214. ac *Parisius* meminere, sejunctas non putamus. Imò cum Equestri aliquorum Militum Toga fulgentes, ut apud *Venetos* in patricio selectoque Tibiali, vulgo *de' Cavalieri della Calza*. Egregiis de hoc prostantibus Iconismis cum *Chirothecis* novissimè, anno 1692. in *Reverendiss.* ac *Illustriss. Bernardi Abbat Justiniani Historia Cronologica dell'Origine di tutti gli Ordini militari to.* 1. *fol.* 110. *ac* 117.

Neapoli plurima Invitatis promittuntur: perpetua enim Verborum copia.

Non tamen nescimus, *Joannæ II.* Reginæ benefico quidem jussu, Doctoribus, magistralibus Laureis adstantibus *Par Chirothecarum* donandum: exvulgata *Mutii Recci* ad *Privilegia Neapolitana Doctoralia* Glossa

Qui-

Quibus hodie, gratiori accipiẽtium ſenſu, pecunia eerta ſubſtituta.

Chirothecarum Legatum antiquitus pluris factum conſtat ex *Riculphi Helenenſis* Epiſcopi teſtamento anno 905. ubi *Gloſſar. D. Du-Freſne to.3.fol.*388. legit *Annulum aurum unum Gemmis prætioſis, & Wantos paria unum.*

Hodiè ſimilia *Donaria* in templo à Fidelibus Deus omnipotens minimè reſpuit, nec Deipara. Sic de *Tipino* Vayſiri Aquitanorum Duce, *Guagnin.* ſcribit *lib.*3. *Franc. Chirothecas Unionibus, & præcioſis gemmis intertextas in templo Dionyſii ad Crucem auream, quę ſupra aram majorem erat appendit.* Auctorē laudat *Jacob. Philipp. Tomaſinus Epiſcopus Aemonienſis de Donariis, ac Tabellis Votivis cap.*43. Verba tamen ſupplet pro more ſtudioſiſſimus *P. Aloyſ. Novarin. in Encyclopæd. Epiſtol. ep.*11. eidē *Tomaſino*, ſive in Notis ad illam *nu.* 64.*fol.*13. Legimus inter Acta Julii Cæſaris *Veneri* Genitrici *Thoracem* per ipſum dicatum: eidemque Deæ Margaritam prętioſiſſimam *Cleopa-*

N *træ*

træ, victo *Antonio*, sacratam ab *Augusto*. Ex *Macrob.* 11. 13. Vestes à præda hostium in Capitolio oblatas *Lamprid.* docet in *Alexandro*. Sic in *Aurelio Vopiscus*: *Meministis fuisse in templo* Jovis *Opt.Max.Capitolini pallium tunc purpureum lanestre, ad quod Matronæ atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, cineris speeie decolorari videbatur, cæteræ Divini comparatione fulgoris*, Plane ridiculum, quod *Plinius* innuit 19. *hist.*5. *In templo Apollinis Delphis adeo cæteris cibis prælatus Raphanus, ut ex auro dicaretur, Betas ex argento, Rapam è plumbo*. Idemque *Plinius* scribit *Asdrubalis Clypeum à Q. Martio inventum argenteum pondo* 148. *supra fores Capitolinæ ædis usque ad incendium primum fuit*; quamvis *Livius lib.* 25. in templo fuisse malit. *Nisus* ad *Dianam Aen* 9.

Astrorum decus, &c. ——

—— *Si qua ipse meis venatibu auxi*
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi
Nunc sine me turbare globum, & rege tela per auras.

Si-

Similterque de *Goffred. Taff.* 20. 144.

Nè pur deposto il sanguinoso manto
Viene al tempio con gli altri il sommo Duce.
E quì l'Arme depone.

Quamplures vero Votivas indigitat *Just. Ricquius* c. 15. in suo *Comment. de Capitol. Rom*. Olim Virgines *Strophia*, seu fasciam brevem Virginalem tumorem cohibentem papillarum, ex *Nonio Marcello*, sive *Strophiola*, nempe Corollas ex *Plinio* 11. 2. superstitioso ritu efferebant. Cur haud pio magis obsequio non apparebũt *Chirothecarum* donaria, quæ tanti fiunt, ut videmus! Sunt munera perquam grata *Hispaniarum Monarcæ* ad *Cæsarem* ipsum. Appendi curavit Magnus *Lipsius*, *Dive Hallensis* quam celebraverat *Penna*, & corde coluerat propè *Bruxellas*, calamum scriptorium ex argento conflatum similibus catenis appensum, illud Aeternitati piè vovens. Versibus septendecim additis, quos *Abr. Golnizius* in *Ulysse Belgico-Gallico* excripsit *fol.* 123. Nos ipsi vidimus eo in templo, & *Lovanii* Viraginem ipsius Ne-

ptem, ac domum invisimus. Verum flagrantibus Bellis, utinam hęc Vota subsistant. De Trojanis mulieribus Peplum *Minervę* obtulentibus *Homer. Iliad.6.* Hinc egregiè de se, ipso *p.od.5.Horat.*

——— Me fabula sacer
Votiva paries indicat humida sospendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

Haudquaquam propterea silendum hoc loco Donarium votivum Lati Clavi Cardinalitii, ac Pileoli Purpurei per *Eminētiss. D. Vincent. Ma. Ursinum S.R.E. Cardinal.* & Beneventanum Pontificem *D. Philippi Nerii* Aræ in magnifico Neapolitano *Patrum Oratorii* templo piissimè oblatum, & appensum, ob Vitam à majoribus proximis Terræ concussionib. sibi mirè servatam: Et veteri Ecclesiæ exemplo comprobari Jò: *Molan.* affirmat de *Imagin. Pictur.* 50. 2. Quod ex firmo ipsius piissimi Principis, ac Physico-Medicorum testimonio, in *nuperrimis* nostris *Memor.* Epistolaribus præio typographico Parthenopæo subjectis adamussim scripsimus.

Cir-

Circulatoribus hodie jactantur, ad eorum potiſſimum Empiricas merces captandas, quæ pharmarca ſaluberrima vocitant, *Chirothecæ*. Quod olim ſacris Concionatoribus melius fortaſſe, inter Oraria ſeu Amicula, & Faſciolas, à plaudentibus Auditoribus, juxta, *Georg. Alexandrin.* in *Vita Chryſoſth.* in qua, relata admiratione ob Sapientiam ipſi à Deo datā *Quare*, ait, *ipſi plaudebant, alii quidem rurſum chlamides ſuas attollentes, alii fimbrias cutzulon, alii vero manualia, alii denique faſciolas, ſeu oraria, &c.* Et ſimilia de *Paulo Samoſateno Euſeb.* ſcribit *Hiſt. Eccleſ.* 7. 26. Rufino Interprete, ex eoque *Nicephor.* 6. 30. Quemadmodum ęque benè iiſdem fuiſſet ſilentiū factum, uti ſudario quo aliquis in Hębreorum ſynagogis Levitæ legem explicāti aditans, Populo ſignificabat, ut *Amen* diceret. Quod Rabbinorū Libri docent, & in *Lexico Hebraico*, verbo *Suddar Elias Levita* monet.

Fidelium ſanè Chriſtianorum Pietas, & Fortitudo morte non extin-

guuntur. Hinc videmus plurimas per universam *Germaniam* in templis Catholicorum genuflexas repræsentari Defunctorum Imagines, ad excitandos fortasse Viventium,& Consanguineorum Affectus. In ædibus tamen Augustanæ Confessionis, vel Calvinianæ,ut ajunt, Reformationis ubi Sāctorum Invocatio est proscripta, cultusque sacrarum Imaginum eliminatus, Insignia tantum Gentilitia videntur appensa, fere ubique deleta sunt Altaria: oculosque tantum, & aures rapiunt elegantes Ministrorum Cōcione, habentium suggestus,& Organa sonora. Notandum tamen est in *Brabantia* utraque, sive Hispanica,sive StatuumFœderatorum Viris Nobilibus, Equestri quoque dignitate cohonestatis defunctis, in earumdem Ecclesiarum vel ædium, quas sacras vocant, angulis, una cum Scutis Gentilitiis paternis,ac maternis pendentibus,Coronas appositas, & sceptri loco,Galeam, *Chirothecas*, aurataque calcaria. Hæc autem Illustrium ornamēta vulgata phrasi Gallica *Pieces d'honneur*

Digitized by Google

neur dicuntur. Fidem facit Anonymus Auctor Juridicophilologus *Observationum Eugenialogicarum,* & *Heroicarum, quæ materiam Nobilitatis Gentilitiæ, Jus Insignium, ac Heraldicum complectuntur*: quæ prælo typographico emanarunt *Coloniæ Agrippinæ* ibi Nobis pro Apostolica Sede propitie audientibus, anno 1674. in 4. Videndum *fol.* 174. Et ad *text. in l. Vel quod l. 41. l. monumentum 42. ff. de Relig. & Sũpt. fun. Carpzou. Iurisp. Consist. 6. 24. defin. 392. Philipp. Knipschild. de Ord. Equest. Iurib. d. 1. Reinching Polit. Bibl. 1. axiom. 53.* Idque &c. Ad ornatum quoque consulendi *Kormannus de Miracul. Mortuor. p. 7. cap. 31. Io: Pac. Chifflesius de Linteis sepulchral. Christi seruatoris*: Italicè *Monsig. Alfonso Paleotto* nell'*esplication della sagra Sindone*, ac *Gisbert. Cuperus* Iconibus traditis *De more fasciis involuendi cadauera lib. 2. Obseruat. cap. 9.* Nil enim *Io: Casp. Suicerus in Thesaur. Ecclesiast. Græcis vocibus latinè glossatis duob. to. in fol. anno* 1682. Idque ipsimet Belgium ad Prudentiam ex Homerico Ulysse di-

ſcendam perluſtrantes, curioſa luce, pluribi perſpeximus. Nec noua in Chriſtianorum Sepulchris Dignitatum Inſignia, & ſacra Veſtimenta, ut adamuſſim Jo. *Bapt. Caſalius* videndus de *Vet. ſac. Chriſt. Ritib. cap.* 66. *verſ. Ponebantur pag.* 266. De Italis modernis *Camerar.* 1. *Hiſt. Polit.* 96. Qui modus tamen ſepeliendi, cum nudus ingreſſus homo, nudus egredi debeat, improbatur Jo. 1. 21. *Ecclef.* 5. 14 & 1. *Timoth.* 6. 7. Pioſque linteis faſciis coopertos ſepultura docet *Salvatoris*, ac *Lazari Matth.* 27. 59. *Marci* 15. 46. *Lucæ* 23. 51. & Jo. 11. 44. Quæ, ſive Arma, ſive Inſtrumenta, ſimiliaque cum cadavere tumulata, & poſt remanentia, præter Defunctorum oſſa, ac cineres in Urnis, ac loculis condita, *Reliquiæ* ſunt dicta. *Virgil. tex Aen.* 1. 16.

Jactatos ęquore toto
Troas Reliquias Danaum

Et ex Romanis Lapidibus P. *Jo. Bapt. Ferrettus Caſſinenſ. in ſuis Muſis Lapidariis lib.* 4. *Mem.* 50. *fol.* 295. Vide *Marmora Felſinea* Eruditiſs. *D. Caroli Ceſ. Malvaſię Bonon.* 1690. Et ſi

Ve-

Digitized by Google

Vestes, vel earum partes in funere, adhibitę fuerint, nunquam à Tineis attingi putat *Sylvest. Rattray in aditu ad Sympat. & Antipat.* ante *Theatr. auctum Norimbergię* 1662. *fol.* 16.

Hę autem, cum ad Luxum efferantur, ac delicias, quæ civium mores corrũpunt, sic pie, ac eruditè *P. Hier. Drexelio* 3. *de Cultu Corpor.* distinguente, *Gabellis* novis à Germanico verbo *Gabe*, quod est dare, juxta *Bertachin.* de *Gab. prglud. num.* 3. & *Mindan. de Process.* 2. 42. 15. emanatis, seu mavis appellare, Tributis, Principum placito, & jure assistente, sunt meritò afficiendæ, quemadmodum optimè discurrunt *Bodin. Reipub.* 6. 2 *Mariana de Regis Instit.* 3. 7. omnino videndi. *Henr. Kloch. de Vectigal. conclus.* 4. *in fin. Gasp. Kloch. de Erar.* 2. 66. 10. eodemque Tract. *Besold.* 4. 15. *fol.* 104. *Carpzou. de Leg. Reg. Germ.* 8. 3. 2. ac seq. *Philipp. Knipschild. de Jur. Imper.* 2. 19. 41. & 5. 15. *per tot.* contra fastum, ac pompam vestiariam, & alii ex nostratibus. Quorum nonnulli immodicum quadringentorũ scilicet coronatorum sumptum, in,

Chirothecis ad unius tantum anni usum objurgatũ, *Bernegger. Miscell. Quęst. ad Tacit. decur.* & *Lansius Orat. contra Italos* scripsere.

CAPUT III.

Chirothecæ præcipua ac mystica Episcoporum Ornamenta.

PRæclara hęc Manuum Tegmina, siue *Gaantorum*, siue Chirotecarum nomine significata, sunt ab ęuo antiquissimo *Archiepiscopis*, vel *Episcopis* ornamenta sanè peculiaria, & in sacris Liturgiis, ac Ceremoniis usu recepta. Id satis compertum, firmantque *Molfes. in summ. tract. 3. cap. 12. sub nu. 41. & 42. Chassan. Cathal. Glor. Mundi par. 1. consid. 38. conclus. 5. in princ. Lancell: in templo omn. Iud. lib. 2. cap. 5. de Episcopo init. & nu. 11. Anton. Monach. de execut. in Vestib. cap. fin. partic. 3 fo. 271.* aliique non pauci. Quod *Msconius* ampliat, ad quoscumque Pontificalibus insignitos, in *de Maiest. Milit. Eccles. part. 1. lib. 1. cap. 8.* & *Pegas* post multos remis-

missiuè *de Competent. inter Archiep. Episc. & Nunt. Apostol. pa. 1. cap. 27:* & nos infra videbimus.

Quia nullum de *Chirothecis* inter Pontificalia antiquæ Legis ornaméta superest exemplum ; Titulum veterem àb *Apostolis* emanatum prodire conatus est *Honorius Augustodunensis* , qui vixit sub *Henrico V. Cesare* in opere inscripto *Gemma Animæ lib. 1. cap. 215. fo. 209.* ibi *Chirothecarum usus ab Apostolis est traditus &c.* cuius sententiæ fideles pedissequi fuere per multi, & presertim *D. Ioseph Vicecomes de Ritib. Missæ to. 4. lib. 3. ca. 37.* ac *D. Emanuel Gonzalez in p. Decretal. tit. 15. de sacra Vnct. n. 34. fol. 516.* ex Iurium Consultis, & ex Philologis *P. Bulenger. lib. 1. Opusc. 4.* Nonnulla gustanda apud *Io: Morinum de sacris Ordinationibus* juxta multiplices Ritus.

Nullum tamen vestigium extat, quod *Apostolos Chirothecas* usurpasse, & multo minus Magistrum *Redemptorem* induisse conuincat; deficiunt si quidem scripta testimonia, & in pictis Vetustiorũ lacunaribus,

siue Musiuis Operibus sub *Constātino*, & vetustioribus, quibus nuper lumen addidit præcipua Præsulis *D. Io: Ciampini* Eruditio, aduersus plurima *Eusebij* deliramenta pro piissimi illius Cęsaris *Lateranensi*, non vero *Nicomediensi Baptismo*, sedulo, ut nobis perhumaniter significauit, ad laborantis. *Diuo Petro*, quamquam *Apostolorum Principi* futuro plebeię sortis homini, *Manus callosas* ob remigādi assiduitatem *Apriceius Pacensis Episcopus 3. Apocal.* descripsit. Imo ex *Actor. 6.* Pallii detriti vestimentum elicitur. At Apostolicum indumentum satius absque *Chirothecis* depingunt *Tertull. de Pallio. Bulenger aduers. Causab. Diatribe 3. Lucas Brugens. ad 23. Matth. Serar. 3. Tribær.* aliique.

Christi seruatoris, ac Discipulorum visuntur Manus nudæ. In ipso quidem formosæ, & cum longis digitis, ut pinxit historicè *Io: Damascen. in Synodica ad Theophil. Imper. pag. 114.*, in Basilica *S. Sophiæ* Ierosolymis effictas vidit *Antonin. Monach. Itin. t. 2.* Visusque fuit Talari

qui-

Digitized by Google

quidem veſte ac pallio indutus, capillo, & Barba *Nazareno* more cultis, Venerabili *Mariæ de Eſcobar*, exoptanti ipſum reſpicere modo, & forma qua verſabatur in Terris.

Habetur tñ. de *Chirothecis Epiſcopalibus* mentio ante plura ſæcula. Sic in *Ratoldi* Corbeienſis Abbatis, è vivis ſublati anno Domini 986. Codice Rituali, quem *Hugo Menardus* retulit in *Append. ad lib. Sacram. D. Gregor. fo. 261. & 263.* ſub vocabulo *Manicarum* eo tempore vulgari; Cum Pontifex ablutus, *Manicas* recipiendo ſacriſque operam daturus, hoc modo preces funderet.

Digna Manus noſtras Chriſti cuſtodia ſeruet
Ut tractare queant noſtræ monumenta ſalutis.

Idque repetit *D. And. de Sauſsay Panopliæ Epiſcopal. 5. fo. 335.* antiquum probans *Chirothecarum* uſum in Eccleſia noſtra Occidentali. Fateor quoque in Græca, ſiue Orientali huiuſmodi Ornatum in Præſulibus non reperiri. Et ſic eſt, non enim ſcribitur in celebri *Græcorum*

Menologio, ibique nihil notat *P.Goar* Nec de Basiliano Archimandrita 4. 1.*Hist.Sicul.D.Ios.Bonfilius*. Neque apparet in Iconibus ullis, præsertim apud nos in ea per plura sæcula admodum venerabili apud *Barenses*, & Appulos Myrensis Taumaturgi *D. Nicolai*, nuda prorsus dextera junctis medio ac pollice, digitis ceteris, vel erectis, vel minus flexis ineffabile Nomen *Jesu* efformantis, ac Benedictionem Pontificiam elargientis.

Antiquātum est tamen Græcis Episcopis *Epimanicium*, seu *Manipulus* duplex sericus, & comptè ornatus, ad cubitum usque pertingens Christi patientis vincula significans ex *epist. Simeonis Thessalonicens.*, & ad quosvis hujus Ecclesiæ Sacerdotes transuectum. Quemadmodum *Brachialia*, vel Manicæ, cera circumlinitæ, quibus ne paramenta sacra inficeret, summus Pontifex baptizādo per immersionem, in sabbato sācto utebatur, obsoleuere; Diaconis ac Subdiaconis in Papali Cappella, præter Manipulum gestantibus in Al-

Albæ manicis, expanſa currentis feſti coloris fruſtilla, ad ritum antiquum, de quo his vocabulis; & ex *M.S. Magiſtrorum ſacrarum Ceremoniarum Macri Fratres in Hierolex.* Plura ex Philologico ſacroque fonte *Lud. Thomaſini* in *Eccleſiaſt.* ſua *Diſciplina* hauriẽda: rariora enim apud illum de *Re Veſtiaria ſacra*.

Gantorum nomen legitur in Vita manu exarata *Sancti Ildeuerti* Meldenſis Epiſcopi iis verbis: *Cumque de manibus Gantos extraſſiſſet, appoſuit eos radio ſolis.* Erant fortaſſe ad commodum Itinerantium, & à Pontificalib. prorsùs diverſæ, quæ loco præfato recitantur ab *Honorio* hoc modo: *Epiſcopus ſeptem veſtibus induitur, quibus Presbyter inſuper, & aliis ſeptem redimitur, ſcilicet Sandaliis, Dalmatica, Rationali, Mitra, Chirothecis, Anulo, Baculo.*

Non igitur *Apoſtolorum* ævo receptæ *Chirothecæ Epiſcopales*, ſive *Pontificales*, utroque enim nomine à Doctoribus appellatę; Verum longe poſt Eccleſiæ naſcentis initium earũ in ſacris uſus, etiam ſi pleraſque Epiſco-

ſcoporum Veſtes cum Chriſtiana religione ortum habuiſſe cenſeantur: nec de earum inſtitutione, quemadmodum de Dalmaticis, aliquis eſt qui meminerit. Scitè laudatus *D. Vicecomes* Ambroſiani Collegii Doctor prædicto *vol. 4.* in ſuis *Eccleſiaſ. Obſeruationib. pag.* 183., nuſquam priſcos Epiſcopos veſtibus ſacris indutos *Chirothecas* manibus prætulíſse affirmat.

Itaque Vox *Manica* primum hìc quoq; ſicut tetigimus pro *Chirotheca.* Ex Auctore *de Divin. Offic.* tit. *qualiter Epiſcopus in Romana Eccleſia ordinetur* habemus quod *Epiſcopus deſignatus, ad ſacrarium ducatur cum duobus Epiſcopis, & Archidiacono, cum Subdiaconibus, & Acolythis, & induant ipſum Electum Cambagos, Sandalia, Manicas, Dalmaticam, Planetam*: & poſt pauca verba, lucidior ſenſus ibi *ſicut exterius obducuntur Manicis iſtis, ſic interius adſpergantur rore tuæ Benedictionis &c.* Proſequitur vero de *Abbatis* conſecratione *Tunc tradat ei Chirothecas, & Baculum dicens &c.* quaſi rem ipſam dupli-

pli-

plici explanans vocabulo. Satis abundè *Innocent. Papa III.* in magistrali opere *Misterior. Missæ c.* 10. ubi *Novem sunt*, inquit, *Ornamenta Pontificum* (promiscuum est nomen Episcoporum, quibus olim *papæ* quoq; nomen commune) *specialia, videlicet, Caliga, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, & Chirothecæ, Anulus, & Baculus &c.* Symbolicum vero Indumentum explicat *cap.* 41. his verbis: *Chirothecæ* sunt *Hædorum pelliculæ, quas Jacob manibus Rebecca circumdedit, ut pilosæ manus majoris similitudinem exprimerent. Pellis Hædi similitudo Peccati, quam Rebecca mater, idest spiritus sãcti gratia manibus veri Jacob, idest operibus Christi circumdedit, ut similitudinem majoris, idest prioris Adæ Christus exprimeret.* Quà in religiosa materia procedens *cap.* 57., probare nititur, cavendum Episcopo à vana laude ac inani Gloria, dum Pietatis Christianæ muneribus fungitur.

Peculiare *Archiepiscopis*, qui sacrorum Reges, & Augusti Flamines di-

dicuntur, & *Patriarchis* est *Pallium* de quo singularis titulus in *Decretal.* & scribit *P. Leo*; In solẽnit. missarum & ubique indutum à *Summo Pontifice*, ob suæ plenitudinem potestatis, ut sacri Juris Interpretes affirmant. A *Græcis* semper delatum, & aliis quam Metropolitanis à Sancta Sede indultum. Vide *Franciscum Florentem.* in eo titulo, & *Nicolaum Bralionum in Pallio Archiepiscopali*, ubi plura non contemnenda. Sic apud *Carol. Du Fresne in Dissert. de Byzantinorum Imp. Nummis* post ejus secundum *Glossar.* §. 7. *ac* 9.

Et ne symbola jam detecta sic *jaceant*, concordiam haurimus ex *Romano Pontificali*, in quo Divinum auxilium implorandum præscribitur. Ut *circumdare velit Manus Ministri sui mundicia novi hominis, qui de cęlo descendit. Ut, quemadmodnm* Jacob *dilectus Domino pelliceis hædorum opertis manibus paternam Benedictionem, oblato patri cibo potuque gratissimo, impetravit; Sic & iste, oblata per manus suas hostia salutari, Gratiæ illius Benedictionem impetrare*

me-

mereatur. Arridet quoque Doctoris Theologi *Stanislai Socolovii* meditatio, in de *Consecrat Episcopor. Cracoviæ* impræsso in extincto seculo, *Romæ* autem sub auspiciis *R. P. D. Papirii Picedi Utriusque Signaturæ Referendarii*, ac *Sereniss. Ducis Parmens. Consiliarii* recuso in labenti, *fol.* 59. Ideo manus Operarii novis velari integumentis, ne aut sibi ipsi, aut hominibus placere velit. Egregiè sententiam amplectens Apostolicam; displicet enim Deo, Divinumque famulatum non meretur, qui Mundo ac Pompis secularibus blanditur. *Sacerdotis scientia ornatur in Vestibus*, monente *Divo Hieron. ad Fabiolam de Sacerdotali Veste*, ubi Sanctus Doctor conquæritur *Tertulliani* Librum de *Aaron Vestibus* non invenisse. Quod nostro quoque infortunio contingit; possemus enim plura discere, scientes Levitici Pontificis apparatum, Episcopale ornamentum potissimum adumbrare. Munditiei verò manuum argumentũ fulcitur *Clementis* Decreto, quod *Pol. Verg.* laudat in *de Invent.* 4.7. *ad fin.*

Sym-

Symbolum quoq; sunt *Chirothecæ* puritatis intentionis cum Manuum munditie ex *Petro Blesensi*. Hinc *Bruno* Signensis Episcopus *in exposit. de Vestiment. Episcopal.* edit. per *Acheri* in *spicileg. to.* 12. pag. 95., mysterium advertens in *Chirothecis Episcopalibus* ita scribit. *Quæris fortasse, cur manus quoq; lineis Chirothecis induantur? Breviter respondeo. Ut Castæ sint.* Honorificandus profecto Deus ex *Bernardi* melle *Ep.* 28. *&* 42. *Non cultu Vestium, non Equorum fastu, non amplis ædificijs; sed gravitate morum, maturitate consiliorum, actuum honestate, studiis spiritualibus, operibus bonis.* Exquisitum *D. Gregor.* consilium *Homil.* 11. *in Evangel.* ibi *Compellor dicere, ut bona quæ agitis cum magna cautela teneatis, ne per hoc quod à vobis rectè geritur, favor aut gratia humana requiratur. Et ne appetitus laudis subrepat, quod foris ostenditur, intus à mercede evacuetur,* Inhęrens pręcepto Servatoris *Matth.* 6. ubi *Attendite,* inquit, *ne Justitiam faciatis coram hominibus, ut videant opera vestra, alioquin mercedem non*

ha-

habebitis apud Patrem vestrum. Repetit quoque Jo: *Bapt. Casalius de Veter. sacr. Christ. Ritib. cap. 35. §. de Vestim. Episcop. fol.* mihi 156. Et de quocumque ablato in operibus Laudis desiderio. Michael *Timotheus in De Missæ sacrific. lib. q. 8. tract. 1. Chirothecæ Episcopales*, & tegunt materia, & ornant auro, ut mox dicemus, Christianum splendorem optimi exẽpli indigitando in Prelatis ac Pastoribus Ecclesiæ. Sic Italicè *P. D. Tobias Corona Clericus Regul. D. Pauli* in suo laudabili opere *De' sagri Tempii p. 1. cap. 55. fol 622.* A quocumq; simplici Presbytero fulgere debet Episcopus, distincto honoris fastigio. Propterea extollit manus *Chirothecis* serico, & auro ornatis, uti Divinus distributor, & ad facultatẽ ostendendam super homines eminẽtem. Innuit *D. Saussay* lo. superius notato.

Moralis alia significatio ea est, quod, sicut nunquam *Chirothecis* Episcopales velantur Manus, & aliquando iis denudantur; sic absconduntur interdum ob arrogantiam

eli-

eliminandam bona opera, & propter ædificationem proximis non semel ostenduntur. *Gemm. cit. de Antiq. Ritu Missæ* 1. 215. & similia apud laudatum *Innoc. III.* 1. 57. Hinc patentia pia Prælatorum opera à subditis in exemplum trahenda, minimè objurganda.

Quæ sacra Manus indumenta à Cœlo quoque magni fieri visa sunt, exemplo *Evermodi* Razeburgensis in *Vandalia* Episcopi, qui iis depositis ad nonnihil in Pontificalibus nudè operandum, & repositorii oblitus, pendulas in aere cunctis stupentibus *Vandalisque* in fide confirmatis apparuisse vidit. *Crantz.* 12. testatur 6. *Metropol.* 28.

Breviter quoad materiam. Inconsutiles debens esse *Episcopales Chirothecæ*. Sic ibidem *Gemma* causam proferens, *quia Pontificis Actiones rectæ fidei concordare debent*. Numerum vero, & formam prudentissimus Ecclesiastes, ac Sanctissimus Oeconomus *D. Carolus Borromæus* præscripsit pro Episcopi celebrantis usu ad quatuor paria juxta diversos, ac

sta-

ſtatutos colores, excæpto nigro, qui non adhibetur. Sic à tanto Viro ſtatutũm habemus *Actor. Eccleſ. Mediol. p. 4. lib. 2 tit. de ſupellect. Eccleſ. pag. 704. edit. in fol. 1599.* typis iiſdẽ Et *pag 627.* quod contextę eſſe debeant, aureoque circulo in parte extrema inſigniter ornatæ. Quę prodi mãdavit inclytę, ac venerãdę memoriæ *Archiepiſc. Cardinalis Fridericus*, ipſe quoque *Borromęus*, & univerſim proſunt. Colori autem Paramentorũ congruere debere, omnes ſacri Juris Interpretes, & Ceremoniarũ magiſtri docẽt, nigris excæptis, quarũ uſus in ſacrificiis pro defunctis nullus etiam ſi ridiculè tũc iſtę à nõnullis acceptę, ut *Jo. Frider. Karg.* Bambergenſis in *Opuſc.* inſcripto *Pax Religioſa ſive de exemptionib. & ſubjection Religioſor.* edidit *Herbipoli* 1680. Vide Italic. libell. ſeu *l'iride Sagra ſpiegata ne' Colori degli habiti Eccleſiaſtici dell' Ab. Carlo Bart. Piazza Roma* 1682.

Conſpiciuntur ſæpe ornatę ex auro, cum ineffabili *Jeſu* Nomine, ad oſculum exhibito: & prout ſacri ſtatuunt Ritus, eę in *Benedictionib.* adhiben-

bentur. Quæ olim ante Communionem interpositæ, & bis in Missa. Ex *M.S.* Codicibus *Vaticanis*, ac *Barberinis*, aliisque selectis materiam exornat Jo:*Cardinalis Bona Rer. Liturgic.lib.2.cap.16.* à *fol.*420. Manuque juxta ritum, conformata, ac composita *Sanctissimę Trinitatis* Unitatem denotari Vir multæ Lectionis tradit. Verum fusior in hoc *Bosius* de *Cruce*, prętcr *Gretser. Lipsium*, aliosq;

Earum usus, & *Romano Pontifici* ipsa met Episcoporum forma; etiam si *Baculi* nullo modo, vel quia *D. Petrus* illum à se retraxit, ac discipulo dedit, vel quod illius reservatio ad trahendum, non sit necessaria *Papę*, qui coarctatam potestatem haud habet, eam à solo Deo recipiens. Ut *Innoc.c.3.de sacrif.*64. ex *Gloss cap un.§.ungitur circa fin. de Sacra* Unct.& *D.Th.in supplem.qu.*40.*n.* 7.*ad* 8. Ferula tamen sibi pro temporali potestate concessa, traditaq; à Priore Canonicorum Leoni X. Ex *Paride de Crassis* Ceremoniarum Magistro, & aliis probat. *Rev.P.* Jo. *Ciampinus* in *Dissert.edita* 1690.*V.P.*

Roc-

Roccha de Munerib. Pontificiis. M. S. Nos in Aquilano Collis Ma gii Cænobio, *Chirothecas Divi Petri Cęlestini humiliter coluimus.*

Chirothecarum autem privilegium in *Episcopis* tale eſt, ut iis aliiſque Inſignibus in aliena Diœceſi celebrando uti queant, præter Baculum, quod pręciſum Juriſdictionis exercitium refert; In habitu enim Juriſdictionem ejuſque ſigna retinere cum iis, etiam cum Mitra indicante Dignitatem, ſed nequaquam in actu. Solidè probat more ſuo *P. Zacharias Paſqualigo* de *Sacrif. Miſſę to. 2. quæſt. 1230. nu. 6. per tot.* Ideoque foris celebrans, Benedictionem abſque Baculo impertitur. De qua pręter *Paul. Ma: Quarti de Sacr. Benediction.* multus eſt *Jodoc. Lorichius* Doctor, ac Friburgenſis Academiæ Profeſſor in *Theſaur. Theolog. Verbo Abbas. n, 13. fol. 18. to. 1.*

Neque obſtat illud *Sacri Concilii Tridentini* decretum *Nulli eſt licitum, cujuſvis privilegii prætextu Pontificalia exercere in alterius diœceſi, niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia, &*

O in

in personas eidem Ordinario subjectas tantum: si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati, ab executione Ordinum sint ipso jure suspensi. Quod habetur *sess. 5. de Reform. cap. 5.* ubi meliores Notæ Scriptoris elaboratissimi, ac bonę memoriæ *Abb. Michael. Justiniani*, permittentibus Eminentissimis Patribus Sacri Sanedrii. Similia in *Constantiensi cap. 2.* relato *in cap. placuit. 7. qu. 1. & in cap. 1. & per tot. q. 2.* Inter Doctores, præsertim *Fagnan. in cap. cum dilectus nu. 22. de Relig. Domib. & in cap. quia nos num. 5. & 12. de Auctor. & Usu Pallij, ac per tot. & Frances de Eccles. Cathedral. cap. 32. num. eod.*

Extendendo Conclusionem, & adversus *Nuncium Apostolicum* ex *Barbos. ad d. Concil. cap. 5. n. 18. Eminentiss. De Luca in Theatr. Verit. & Just. to. 3. de Præeminent. discurs. 16. nu. 5.* consulens in casu Funerum. Qui nequit concedere, ut alius Episcopus, proprio contradicente, Pontificaliter celebret, & pręsertim cum *Chirothecis. Corona de Potest. Episc. tract. 2. cap.*

4. nu.

4. nu. 5. Barbosa eod. tract. alleg. 6. n. 8. & alibi. Pegas præfato opere de Competent. par. 1, cap. 36. num. 11. & 12. explicans, & limitans ex *Bonacina*, Capitulum sede vacante posse hanc licentiam impertiri. De qua facultate consulendus tamen *Fermosin.* in peculari suo *Tract.* de *Potest. Capit.* hoc tempore.

Concilium autem sancire, non de usu absoluto *Insignium Pontificalium*, sed de illo tantum exercitio habente actum transeuntum in externas personas; Ita ut proinde requiratur ad exercitium duplex conditio, Diœcesani scilicet licentia, & Exercitium in subjectos ipsimet Diœcesano. Optime distinguit prædictus *P. Pasqnaligeo ead. qu. nu.* tamen 7. *folioq.* 452.

Quibus addimus casum localis Privilegii in Ecclesiis, & sacris Basilicis Monastici Ordinis *Casinensis*: in iis enī Episcopi requisiti ab hac Cōgregatione, Pontific: a exercere possunt cum plenissimo *Chirothecarum* usu absque ullo Diœcesani assensu. Idque ex Apostolicorum Indultuum thesauro, *Eugenii* præser-

tim *Papæ IV*.anno 1436. bis eadem die,ut *Constit.63. & 64.to.1. Bullar. Casinens.* Romæ compilati, ac editi per Reverendiss, Archiviorum Præfectum, ac olim amicum nostrum, *P.D.Cornelium Margarinum.*

Si fortè deficerent *Chirothecæ* Episcopo,aut alio Antisti solemniter benedicenti, Benedictionem censemus non irritari, sed mutilam tantum, ac imperfectam fieri, ex Ritus omissione ad ejus integritatem pertinente juxta ea, quæ optime discurrendo tradit *P Paul. Maria Quarti de Sacr. Benediction.tit.1.dub.2.fol.9.*

In *Anglia*, & *Londini*(cujus Metropolis, ac Regni dulcis nobis hæret semper memoria)pictum vidimus *Archiepiscopum*, seu potius Pseudo-Episcopum *Cantuariensem*, Generosum, ac plurimum Reverendum (ipsius met ibi Titulos transcribimus) *D. Gilbertũ Sheldon* Regni Primatem, nobisque apprimè notum, indutum iisdem sacris Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Ceremoniarum Vestibus, cum *Chirothecis*. Quia violaceæ, sivè *Oenopæ* usuales in Eccle-

siæ

ſiæ Prælatis antiquiſſimæ, ſimileſque colori veſtis Domini, ex *Nonno in Jo.* 19. *Scherlog. to* 3. *in* 5. *Cantic.* & *Macris in Hierolex V. Birrus f.* 85. pravis artibus *Reginæ Elizabethæ*, redivivæ *Jezabelis*, fuere proſcriptæ, & ad ſimilem quamdam Sacri Conſiſtorij Advocatorum veſtium formam audacter immutatæ.

Doctores eo in Regno, Templi Miniſterio, juxtà propriam *Caroli Regis II. Liturgiam* addicti, quos *Prædicantes* appellant, Talari veſti abſque pallio *Stolam* ſericeam nigrãque ad talos uſque, Dignitatis gratia, adjungunt, à noſtra quoque planè diverſam, quæ neſcimus an rectè à nonnullis *Orariũ* vocetur. Hęc vero lumina Lectoribus Philologis haud ſupervacanea fore arbitramur.

CAPUT IV.

De Abbatum, ac aliorum Antiſtitum Chirothecis.

EO prorsùs modo quo Pontifices, ideſt *Epiſcopi*, dum hono-

ris gradus adipiſcuntur, *Abbates* non pauci, ex Apoſtolicæ Sedis privilegio, dum inaugurantur, cum Epiſcopalibus Inſigniis *Guantos*, ſeu *Chirothecas* accipiunt: quod eruditè adnotavit Inſignis Toloſanę Academiæ Decanus *Anton. Dadin. Alteſerra* in ſuo *Aſceticon*, ſive *Origin. Rei Monaſt.* Pariſiis evulgat. anno 1674. De veteri ipſarum uſu habetur ſimplex memoria in *Vita S. Philiberti Abbatis pag.* 14. iis paucis verbis: *Latro Guantos illius illicita præſumptione furatus eſt*. Quarum forma deſcribitur per *P. Aſcan. Tamburin. in de Ju. Abbat. vol.* 1 *diſp.* 20. *qu.* 2. *n.* 13. ut ſciliter contextæ ſint, aureoque circulo in extrema parte inſigniter ornatæ; Nequæ carent ſymbolo de mundis operibus ab omni inquinamento, exemplis mediis Sãctorum, per albedinem enim Caſtitas, & Munditia deſignatur in actionibus. Manus autem operiunt, ut ſiniſtra neſciat quid agat dextera, juxta Dominicum Elogium, & *Durandi* ſententiam in *Rationali*, ab eodem *Tamburino* abſque vlla moleſtia

Le-

Lectorum repetita *d.disp.qu.*1.*n.*10. *fol.*343.

Benefico igitur Summorum Pontificum indultu *Chirothecarum* usus cum ceteris Episcopalibus ornamẽtis fuit elargitus *Abbati* Archicænobii *Mantis Casini*, vel immediatè, vel mediis Legatis Apostolicæ Sedis. Quemadmodum prę mult s testatur *Goffrid.Windocinen.* in *Chronic. S. Sophiæ Benevent.* antiquiss.*& meminere f.*689.nèc non adsunt *Calomani* Reg. Hungar.Decreta *lib.*2.*c.*37.limitativè tamen ad prępuas Ecclesiæ solennitates.Et merito sic fuit decoratus *Abbas Casinensis*; appellabatur enim paulo post initium nascentis Ordinis *Abbas Abbatũ*, *& Vicarius natus Apostolicæ sedis*. Ita *Leo Hostiens.* in *Chron.*4.64.qui *lib.*1. *cap.*82. tempus pertingit hujusmodi concessionis an.1040. per *Leonem Nonum* Abbati nimirum *Sanctæ Justinę* Patavinę in Pontificio reditu ex Montis Gargani peregrinatione, atque in transitu per Casinum,ubi in Palmarum Dominica Papa solemniter celebravit. De quo Indultu peculia-

ri autenticum teſtimonium proſtat, & habetur Conſtitutio.2.*num*.2.*in p. To.Bullarii* in pręcedenti capite laudati *P.Margarini*. Cardinalis autem *Baronius* ad *ann.* 1049.*num*.5.refert *Chirothecas* primùm indultas *Abbati Montis Caſini*. Cujus privilegium hac in parte prẹſertim confirmatum per *Calixtũ II.Cõſtit.*2.*per Honor.III. Conſtit* 235.*vol.*2.*ejuſdem Bullarii*, & per alios.De vetuſtiori tamen uſu,ex *Theodori Cantuarienſis* Archiep. canone, qui obiit anno 690. mentio in *Ordine Romanò*, cum ordinationem Abbatis deſignans, poſt datam ei ab Epiſcopo Regulam *Tunc*,ait,*tradat ei Chirothecas, & Baculum*. Quę cum aliis paucis cõtulit *Eminentiſs. Cardinalis Bona Rer.Liturgicar.* 1.24. 12.*fol*,217.

Ex eadem rurſus *Caſinenſi* Congregatione *Chirothecarum* pręrogativa per *Honorium I.* elargita, confirmata invenitur à *Theodoro Papa* anno ſalutis reparatę 643. *Bobuleno* Abbati Monaſterii Sanctorum Petri ac Pauli Apoſtolorum Ebobio conſtituti. *In.eod.Bullar.vol.*1. *Const.*2.

In quo de *Abbate* celeberrimi *Cavensis* Monasterij sic insignito per *Alexandrum*, & *Urbanum II.* adest *Constit.7. & 9.* De Abbate S. Petri de Mutina similis confirmatio per *Urbanum III.* De *Sanctæ Marię Montis Regalis* extra Panormũ patet *Alex. III. Constit.185.to.2. ejusd. Bullar.* & prostat particularis Historia preter ea quę scribit *Rocchus Pyrrho*, quoad sacram Siciliam. De *Sancto Salvatore Papien. Paschalis II.* Papæ anno 1100. *Const.127. vol.2.* Quemadmodum de aliis alię permultę detegentes Ordinis splendorem per universam Europam diffusum, à cujus *Congregatione* Germanica *Brusfeldensi* admodum clara Causarum alicujus momenti delegationem perbenignè, Nos Coloniæ Agrippinę degẽtes accepimus.

Verum tanta privilegia *Episcopos* ægrè tulisse, quærentes sedulo de insatiabili adversus eorum jura Monachorum ambitione. Præfatus *Hostiens. in Chron.2.82.* ubi videndum quicquid notat Eruditiss. olim Abbas, ac Generalis Præses, postmo-

dum Rossanensis Archiepiscopus *P. D. Angelus à Nuce*. Nec mirum omninò; piissimus enim *Ludovicus Pius Abbates*, Episcoporum consilio in Monasteriis regendis uti debere, iisque obedientiam præstare octavo sęculo annoque Christi vicesimo tertio, suique Imperii decimo, solerter sanciverat: prout in *Capitul. Reg. Franc. ex emend. Steph. Balutij, Paris.* 1677. *to. 1. fol. 635.* Perstringuntur quoque Abbates iidem, quasi propterea minus humiles per *Iuon. Carnutens. in Epist.* non paucis, *Thomam Cantipratanum p. de Apib. 6.* mellifluè ac spinosè per *D. Bernard. ep 42. ac 3. de Considerat*: per alios, ac præsertim *Petrum Blesens. epis. 90.* quæ est ad *Guilielm. Abbat.* privilegium improbando: atque non abs re deducentem veteres Abbates Virga usos, disciplinæ, & correctionis, non dignitatis demonstrandæ causa. Etiã si ad tollendam indistinctionis cum Episcopis in Conciliis, & Synodis distinctionem *Clemens Papa IV.* instituerit prudentissimè, ut exempti in iis sedendo, aurifrigiatis Mitris, sed

absq;

absq; gemmis laminisque argenteis uterentur: non exempti verò simplicibus albis, & planis. At in aliis locis utrisque Mitris uti liceret. Quæ Privilegia ac limitationes Viterbii 19. Kal. Septembris anno II. Apostolicis Decretis fulcita sunt.

Ex *Congregatione*, quam vocant *Benedictinam nigram*, *Divo Benedicto Anicio* Patriarcha, extēsa sunt *Pontificalium* hujusmodi privilegia ad albam, seu *Montis Oliveti*, *B. Bernardo Ptolæmeo* Protoparente auspice, quæ titulum quoque ac possessionem passim ostendit, ut id probare minime oporteat.

Rursùs, Pontificia *Urbani IV.* munificentia anno 1264. Abbas Congregationis *Montis Virginis* in oris Regni Neapolitani felicissimis per *Divum Guilielmum* erectæ, *Chirothecarum*, cum cæteris Pontificalibus usu, facultateq; populo solennem elargiendi Benedictionem, conferendi Minores Ordines, & quadraginta dierum Indulgentias fuit potitus: docente id *Bullar. præfato Casin. to. 1. in Append. Constit. 336. pag. 347.*

Æquipararari privilegio ac tempori præferri huic merito debebat preclarus Abbas Cęsarei Cęnobii *Corbejensis*, qui Princeps est Imperii Romano-Germanici, loco fruitur peculiari in Comitiis, amplamque Jurisdictionem possidet cum Vassallis in Vestfalia. Exemptus, ac Sedi Apostolicæ, & per eam *Celsiss. ac Reverendiss.* Sanctæ Sedis *Nuncio* ad Rheni Tractum immediatè subjectus; quod Nobis ea in Jurisdictione fuit planè notum. Sibi ergo *Chirothecarum* usus à *Gregorio Papa IX.* fuit indultus anno Christi 1240. ut constat apud *P. Odoricum Rainaldum* qui herculeos *Cardinalis Baronij* labores diligentissimè est prolequutus, *to.* 13. *Annal. Edit. Romanę* 1646. *nu.* 24. *pag.* 544.

De *Cluniacensi Abbate* cuncta favorabilia sunt supponenda. Is *Cardinalis* est *natus Ecclesiæ Romanæ* ex admodum singulari *Calixti Papæ II.* privilegio apud Monasterium illud satis celebre agentis, *Pontio Abbati* cuidam ac successoribus impertito, subsequuta debita per annulum In-

ve-

vestitura: de quo ipse met *Petr.Cluniac.epis.46. lib.6.* De primaria verò sibi, præ cunctis *Abbatibus* Regularibus, *Chirothecarum Pontificalium* concessione, per *Urbanum* scilicet *II.* & *Hugoni* Abbati, absque textus productione Jo:*Frid.Karg.lib.*inscripto *Pax Religiosa cap.* superiori laudato, videtur sentire.

Idem prorsus de *Vindocinensi Abbate*, *Cardinali* quoque nato ex largitate Pontificum *Alex. II. Gregor. VII. Urbanique II.* Pro quo tamen videndus *Goffridus*, qui privilegium sublatum resumpsit *lib. 1. epis. 10. ac 26.*

Abbates tamen, magnifici, opulenti, Regalisque Monasterii *Canonicorum Regularium S Victoris*, unde quasi ex florido *Lutetiæ Parisiorum* Seminario, cum Viro Theologo, & sacro Interprete Excellentissimo *Hugone*, plurimi illustres prodiere; Nec Mitra, nec Pedo utuntur Pastorali, ex veteri consuetudine, sed Scipione seu inferiori tantum baculo cui nituntur, id significante *D. Saussay Panopliæ* alias laudatæ *lib. 2. fol. 94.*

Abun-

Abunde satis Privilegia, quoad usū *Chirothecarum*, & longe majora ab hujus Apostolici, & Augustiniani, Ordinis clarissimi Prælatis, sive Abbatibus acquisita *P. Gabriel Pennottus* describit.

Præmonstratensis quoque Canonici Ordinis, à *Divo Norberto* Agrippinēsi patricio, & *Magdeburgensi* Archiepiscopo, admodū pie excitati, Abbatibus, Mitræ, aut *Chirothecarum* Jus non esse, non quia tale non mereantur privilegium, sed ex humillimo, & communi ejusdem Ordinis Abbatum consilio, & causa ab *Innocentio Papa III.* jampridem in Decreto confirmationis edita *lib.* scilicet *p. Epist. pag.* 118. ad quas *Bosquetus* insignis scholiastes notavit. *Ne forsan* (verba sunt Pontificia) *ex ipsis supercilium elationis quis assumat, aut sibi sublimis videatur, cum his uti se viderit, quæ Pontificibus, & majorum Ecclesiarum Prælatis à Sede Apostolica sunt concessa.* Aurea quidem verba, & à nonnullis Regularibus Antistibus privilegio tanto fulcitis perlegenda,

Ci-

Cistercienſi Abbati, quatuorque majoribus Ordinis Sanctiſſimi *D. Bernardi* Clarævallenſis Abbatibus *Chirothecarum*, ſeu *Pontificalium* indulta ſimilis facultas, confirmata fuit benigniſſime à Summo Pontifice *Innocentio VIII.* anno 1489. Apoſtolicis Codicillis, tum in propriis Cœnobiis, tum in aliis, ac Prioratibus ſubiectis: cum ampla poteſtate ſolennem Benedictionem, poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſacra ſolemnia elargiendis, dumodo tamen aliquis tunc Antiſtes, vel Apoſtolicæ Sedi Legatus minime adfuerit.

Abbates alii plerique uti ſacrorũ Patres, Monaſteriorum Magiſtri, & maximi Aſcetæ, ac *Priores* quamplurimi iiſdem Privilegiis à Sancta Sede repetiuntur locupletati; imò fere cuncti hodiè Regularium *Abbates*, vel privilegio, vel Pontificia permiſſione. *Aug. Barboſa de Ju. Eccleſ. Uniu.* 1.17.47. In *Gallys* præſertim Inſignium Collegiararum *Decani*, quemadmodum *Divi Martini Turonenſis*, ac *Theſaurarii* Sanctarum, &

Re-

Regalium, quas vocitāt *Capellarum*; ablato tamen usu Baculi à cęteris Pontificalibus, *Parisiensis Capellę Carolinæ Thesaurario*. Scribit D. de *Saussay* operis jam relati *lib. 7. c. 9.*

Neapoli fulgent privilegio Reverendiss. *Abbates*, piæ domus hospitalaris *Incurabilium*, & *S. Marię de Cęsareis*: quemadmodum splendidissimè *Archipresbyter* Ecclesiæ Regiæ *Altamuranę*, *Præpositus Canusinus*, uterque in *Appulis*, ut ajunt *montibus*, aliique per Neapolitani Regni Provincias. *Florentię* summus Hospitalarius: *Carpensium*, ac *Vastallanorum* Pręlati apud *Insubres*, aliique in *Ethruria*, ac per universam *Italiā Europamque*. Et regulariter ex vi Privilegiorum Insignia hæc Abbatibus temporalibus indulgentur: perpetuis vero re ipsa, benedictione accępta per manus impositionem, ut plerumque per *Sanctę Sedis Nunciū* Lutetiæ. Ex Pontificali *Tamburin.* & *V. Barbos. 16. per tot. c. 11. 1. 5.* & *eundem Voto decis. 89. nu. 29. lia. 3: to. 2.* De Galliarū praxi Nos ibi didicimus à *cōsule Ughelliū* in *Ital. sac.* Per-

vol-

volve univerſim pro *Sicilia Rocchum* *Pyrrho*; & pro *Archimandritatu* in eo Regno perperam ſperavimus P. *Abb.* D. *Julij Lucenti* Lucubrationes. De *Germaniæ* Infulis, ac aliis ſacris, bene notus P. *Bucelinus* ſcribit. De *Gallis Abbatibus* adeſt opus elaboratiſs. *Galliæ Christianæ Samartanor.*

Dubium excitari poſſet de *Abbatiſſis* nonnullis valde Jlluſtribus, quẽadmodum in Jmperio, ac Belgio, prærogativis aliàs inſignibus decoratis, de quibus maximè id. P. *Bucelinus, in Sacra Germ. Hermes in Faſcic. Jur. Publ.*, & nos alibi ſcripſimus. Titulum tamen hujuſmodi non didicimus, neque uſum exactè obſervavimus: & jure, quanquam enim nõnullis placeat eas locũ ſubiiſſe *Diaconiſſarum*, quæ in ſacris Liturgiis, ac Syntaxibus ſequiori ſexui præibant, id poſt plures teſtante *D. Carol. du Freſne* in *Gloſſario* ſæpe laudato *fo.* 1. 16., & alibi, & fruſtra probare promittente in ſuo nunquam producto, juxta conceptum Embrionem Tractatu *D. Dominico Macro*

Theo-

Regalium, quas vocitāt *Capellarum*; ablato tamen usu Baculi à cęteris Pontificalibus, *Parisiensis Capellę Carolinæ Thesaurario*. Scribit D. de *Saussay* operis jam relati *lib. 7. c. 9.*

Neapoli fulgent privilegio Reverendiss. *Abbates*, piæ domus hospitalaris *Incurabilium*, & *S. Marię de Cęsareis*: quemadmodum splendidissimè *Archipresbyter* Ecclesiæ Regiæ *Altamuranę*, *Præpositus Canusinus*, uterque in *Appulis*, ut ajunt *montibus*, aliique per Neapolitani Regni Provincias. *Florentię* summus Hospitalarius: *Carpensium*, ac *Vastallanorum* Pręlati apud *Insubres*, aliique in *Ethruria*, ac per universam *Italiā Europamque*. Et regulariter ex vi Privilegiorum Insignia hæc Abbatibus temporalibus indulgentur: perpetuis vero re ipsa, benedictione accępta per manus impositionem, ut plerumque per *Sanctę Sedis Nunciū* Lutetiæ. Ex Pontificali *Tamburin.* & *V. Barbos. 16. per tot. c. 11. 1. 5.* & *eundem Voto decis. 89. nu. 29. lia. 3: to. 2.* De Galliarū praxi Nos ibi didicimus. *Cōsule* Ughelliū in *Ital. sac.* Per-

vol-

volve universim pro *Sicilia Rocchum* *Pyrrho*;& pro *Archimandritatu* in eo Regno perperam speravimus P. *Abb. D.Julij Lucenti* Lucubrationes. De *Germaniæ* Infulis, ac aliis sacris, bene notus P. *Bucelinus* scribit. De *Gallis Abbatibus* adest opus elaboratiss. *Galliæ Christianę Samartanor.*

Dubium excitari posset de *Abbatissis* nonnullis valde Jllustribus, quẽadmodum in Jmperio, ac Belgio, prærogativis aliàs insignibus decoratis, de quibus maximè id. P. *Bucelinus, in Sacra Germ. Hermes in Fascic: Jur. Publ.*, & nos alibi scripsimus. Titulum tamen hujusmodi non didicimus, neque usum exactè observavimus: & jure, quanquam enim nõnullis placeat eas locũ subiisse *Diaconissarum*, quæ in sacris Liturgiis, ac Syntaxibus sequiori sexui præibant, id post plures testante *D. Carol. du Fresne* in *Glossario* sæpe laudato *fo.* 1. 16., & alibi, & frustra probare promittente in suo nunquam producto, juxta conceptum Embrionem Tractatu *D. Dominico Macro*

Theo-

Theologo Melitensi. Eę tamen Cęnobiorum Præfectæ, ac Virgines maximæ, quo titulo dignissimæ, ut quōdam Præfectæ *Vestalium*, de quibus Vir singularis *Lipsius*, habentur pro matribus familias, & præpositis ad muliebrem domum vigili cura moderandam, sicut videre est apud PP. *Pellizzarium*, *Tamburin.* aliosque; & facultas nonnumquam amplissima, de qua *DD.* ac pręsertim elaboratissimus Interpres *Gōzalez in cap. Dilecta de Majorit. & Obed.* Usum clavium haud amplectitur. Hinc ipsis Benedictiones, manus Impositiones, & Sanctæ Crucis super Virorū capitibus signacula, nec non Virginum cum Benedictione Sacerdotali Velatio pęnitus interdicta. *Gratian. 20. q. 2. cap. Statuimus*, & in *Capitular. Caroli Magni c. 72. seu inter Capit. Reg. Franc. per Steph. Balutium edit. to. 1. fo. 715.* Multo minus Monialium suarum Confessiones audire, quemadmodū *Gręcorum* audaciores *Abbatissę* olim ambiere teste P. *Magis: Lupo* in *Schol. ad Tertulliani pręscrip. 3. fol. 56.*

De

De Sacrarum Virginum Antistita, vulgo *Abbatissa* Ordinis *Divi Benedicti*, nobilissima in Urbe *Cupersani* Barensis Provinciȩ *Regni Neapolis*, quæ singularis est in *Jtalia*, cum quodam usu Baculi, *Chirothecarum*, quibus Presbyterorum osculum adhibitum, *Mitrȩ* manibus sororum supra ipsius caput elatȩ, non tamen illud attingentis, Jurisdictione, ac Vassallis: videndus est P. *Ughell.*

De Provincialissa celeberrima Canonissarum *Vallis Viridis Messanȩ* cũ *Gantis*, post *Pennottum* 2. 2. Pater *Samperius* consulendus *Jconol. B. V.* 3. 24. *fol.* 440.

Regulari, ex piissimo, ac sanctissimo *D. Francisci* Ordine *Minoritarũ* *Custodi Hierosolymitani Templi*, ut *Summi Pontificis in Palȩstina Vicario*, cum usu Mitræ, *Chirothecarum* cæterorumque Insignium Episcopalium ornamentis, privilegium simile Alma Sedes communicavit, non absque ingenti ac rursus florido post varios conflictus in celebri *S. Sepulchri* Basilica decore, & Peregrinorum continuo affluentium gaudio. Nec infe-

fe-

Digitized by Google

ferior eorũdem Insignium usus *Maronitarum Antistiti*, ex privilegio *Hadriani Sexti* Pontificis pro *Antiochena Ecclesia* elargito, cujus titulus à Monasterio, ac Templo possidetur *Divæ Mariç Carnobim*, vel *Chernubim* Libani Montis: ipse enim cum proprio Patriarcha, decem Episcopis suffraganeis, & simili genre; Ecclesiæ ac Sedi Romanæ satis fideli eum montem incolit: De utroque notat etiã nonnihil prædictus *D. de Saussay fo. 62. & 63.*

Cui addenda Pontificia Beneficẽtia ex *Urbani Octavi* fęl. recordationis ævo, in mittendis, quam sæpe Vestibus, ac Pontificalib. Insignibus cum *Chirothecis* ad instar Occidentalium, Episcopis iis, qui sese Ecclesiæ Grecæ ornamentis equiparabant. Quoad ipsorum autem *Maronitarũ* Mores, ac Ritus videnda sunt ea, quę diu à sedulis *D. Fausti Naironi* Lucubrationibus non insperavimus.

Messanẽsis rursus Metropoleòs Canonicis *Chirothecarum* usus, & Pontificiè alibi fungentibus,

At Mundities interior, ab Ecclesię

fiæ providentia meditata, exposcebat quoque exteriorem in *Chirothecis*, prȩsertim lineis si usus vigeret, & in sericeis usu receptis si indigerēt nonnunquam abstergendis. Priscis enim Fidelibus; tum ex pauperrima crumena, tum ex affectuum remissione lanea primum, ac linea, deinde subserica etiam in sacris adhibita pro comperto habemus, cum holoserica vestis, tanquam quid rarum ab *Heliogabalo* indutum, longè post ad Equestres, ac Populares transierit, aperto quoque *Baphio*, sive officina pro purpurino lanȩ, ac serici colore. Ad *tex. in l. 2. & l. Privatæ C. de Murileg.* De Linea Ethnicorum Tunica in sacris *Apulejus in Apol. & Scheffer. Ital. Philos.* 14. ubi de Pythagoricis. At pervolve *Saussay Panopl. & Bona Liturg. c. 5. &* 24. & videndi potissimum *Ferrar. ac Rubenius* in locis jam apertis, nec non *Bulenger. de Sacr. Vestib.* Hinc in canone *Synodi Galon.* sanè decretū legimus: *Linteamina Altaris, & Indumenta sacerdotalia, nonnisi à Sacerdote vel Diacono, vel aliqua bona Matro-*

tro-

dum Rossanensis Archiepiscopus *P. D. Angelus à Nuce.* Nec mirum omninò; piissimus enim *Ludovicus Pius Abbates*, Episcoporum consilio in Monasteriis regendis uti debere, iisque obedientiam præstare octavo seculo annoque Christi vicesimo tertio, suique Imperii decimo, solerter sanciverat: prout in *Capitul. Reg. Franc. ex emend. Steph. Balutij, Paris.* 1677. *to.* 1 *fol.* 635. Perstringuntur quoque Abbates iidem, quasi propterea minus humiles per *Iuon. Carnutens. in Epist.* non paucis, *Thomam Cantipratanum p. de Apib.* 6. mellifluè ac spinosè per *D. Bernard. ep* 42. *ac* 3. *de Considerat*: per alios, ac præsertim *Petrum Blesens. epist.* 90. quæ est ad *Guilielm. Abbat.* privilegium improbando: atque non abs re deducentem veteres Abbates Virga usos, disciplinæ, & correctionis, non dignitatis demonstrandæ causa. Etiā si ad tollendam indistinctionis cum Episcopis in Conciliis, & Synodis distinctionem *Clemens Papa IV.* instituerit prudentissimè, ut exempti in iis sedendo, aurifrigiatis Mitris, sed

absq;

absq; gemmis laminisque argenteis uterentur: non exempti verò simplicibus albis,& planis. At in aliis locis utrisque Mitris uti liceret. Quæ Privilegia ac limitationes Viterbii 19.Kal.Septembris anno II.Apostolicis Decretis fulcita sunt.

Ex *Congregatione*, quam vocant *Benedictinam nigram*, *Divo Benedicto Anicio* Patriarcha, extēia sunt *Pontificalium* hujusmodi privilegia ad albam, seu *Montis Oliveti*, *B.Bernardo Ptolæmeo* Protoparente auspice, quæ titulum quoque ac possessionem passim ostendit, ut id probare minime oporteat.

Rursùs, Pontificia *Urbani IV.* munificentia anno 1264. Abbas Congregationis *Montis Virginis* in oris Regni Neapolitani fęlicissimis per *Divum Guilielmum* erectæ, *Chirothecarum*, cum cæteris Pontificalibus usu, facultateq; populo solennem elargiendi Benedictionem, conferendi Minores Ordines, & quadraginta dierum Indulgentias fuit potitus: docente id *Bullar. præfato Casin. to.* 1. *in Append. Constit.* 336. *pag.* 347.

Æquiparari privilegio ac tempori præferri huic merito debebat preclarus Abbas Cesarei Cenobii *Corbejensis*, qui Princeps est Imperii Romano-Germanici, loco fruitur peculiari in Comitiis, amplamque Jurisdictionem possidet cum Vassallis in Vestfalia. Exemptus, ac Sedi Apostolicæ, & per eam *Celsiss. ac Reverendiss.* Sanctæ Sedis *Nuncio* ad Rheni Tractum immediatè subjectus; quod Nobis ea in Jurisdictione fuit planè notum. Sibi ergo *Chirothecarum* usus à *Gregorio Papa IX.* fuit indultus anno Christi 1240. ut constat apud *P. Odoricum Rainaldum* qui herculeos *Cardinalis Baronij* labores diligentissimè est prosequutus, *to.* 13. *Annal. Edit. Romanæ* 1646. *nu.* 34. *pag.* 544.

De *Cluniacensi Abbate* cuncta favorabilia sunt supponenda. Is *Cardinalis* est *natus Ecclesiæ Romanæ* ex admodum singulari *Calixti Papæ II.* privilegio apud Monasterium illud satis celebre agentis, *Pontio Abbati* cuidam ac successoribus impertito, subsequuta debita per annulum In-

vestitura: de quo ipse met *Petr.Cluniac.epis.46. lib.6.* De primaria verò sibi, præ cunctis *Abbatibus* Regularibus, *Chirothecarum Pontificalium* concessione, per *Urbanum* scilicet *II.* & *Hugoni* Abbati, absque textus productione *Jo:Frid.Karg.lib.* inscripto *Pax Religiosa cap.* superiori laudato, videtur sentire.

Idem prorsus de *Vindocinensi Abbate, Cardinali* quoque nato ex largitate Pontificum *Alex. II. Gregor. VII. Urbanique II.* Pro quo tamen videndus *Goffridus*, qui privilegium sublatum resumpsit *lib. 1. epis. 10. ac 26.*

Abbates tamen, magnifici, opulenti, Regalisque Monasterii *Canonicorum Regularium S Victoris*, unde quasi ex florido *Lutetiæ Parisiorum* Seminario, cum Viro Theologo, & sacro Interprete Excellentissimo *Hugone*, plurimi illustres prodiere; Nec Mitra, nec Pedo utuntur Pastorali, ex veteri consuetudine, sed Scipione seu inferiori tantum baculo cui nituntur, id significante *D Saussay Panopliæ* alias laudatæ *lib. 2. fol. 94.*

Abun-

Abunde satis Privilegia, quoad usũ *Chirothecarum*, & longe majora ab hujus Apostolici, & Augustiniani, Ordinis clarissimi Prælatis, sive Abbatibus acquisita *P. Gabriel Pennottus* describit.

Præmonstratensis quoque Canonici Ordinis, à *Divo Norberto* Agrippinẽsi patricio, & *Magdeburgensi* Archiepiscopo, admodũ pie excitati, Abbatibus, Mitræ, aut *Chirothecarum* Jus non esse, non quia tale non mereantur privilegium, sed ex humillimo, & communi ejusdem Ordinis Abbatum consilio, & causa ab *Innocentio Papa III.* jampridem in Decreto confirmationis edita *lib.* scilicet *p. Epist. pag.* 118. ad quas *Bosquetus* insignis scholiastes notavit. *Ne forsan* (verba sunt Pontificia) *ex ipsis supercilium elationis quis assumat, aut sibi sublimis videatur, cum his uti se viderit, quæ Pontificibus, & majorum Ecclesiarum Prælatis à Sede Apostolica sunt concessa.* Aurea quidem verba, & à nonnullis Regularibus Antistibus privilegio tanto fulcitis perlegenda.

Ci-

Cistercienſi Abbati, quatuorque majoribus Ordinis Sanctiſſimi *D. Bernardi* Claræuallenſis Abbatibus *Chirothecarum*, ſeu *Pontificalium* indulta ſimilis facultas, confirmata fuit benigniſſime à Summo Pontifice *Innocentio VIII.* anno 1489. Apoſtolicis Codicillis, tum in propriis Cęnobiis, tum in aliis, ac Prioratibus ſubiectis: cum ampla poteſtate ſolennem Benedictionem, poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſacra ſolemnia elargiendis, dumodo tamen aliquis tunc Antiſtes, vel Apoſtolicæ Sedi Legatus minime adfuerit.

Abbates alii plerique uti ſacrorũ Patres, Monaſteriorum Magiſtri, & maximi Aſcetæ, ac *Priores* quamplurimi iiſdem Privilegiis à Sancta Sede reperiuntur locupletati; imò fere cuncti hodiè Regularium *Abbates*, vel privilegio, vel Pontificia permiſſione. *Aug. Barboſa de Iu. Ecclesſ. Uniu.* 1. 17. 47. In *Gallijs* præſertim Inſignium Collegiatarum *Decani*, quemadmodum *Divi Martini Turonenſis*, ac *Theſaurarii* Sanctarum, &

Re-

Regalium, quas vocitāt *Capellarum*; ablato tamen usu Baculi à cęteris Pontificalibus, *Parisiensis Capellę Carolinæ Thesaurario*. Scribit *D. de Saussay* operis jam relati *lib.7. c.9.*

Neapoli fulgent privilegio Reverendiss. *Abbates*, piæ domus hospitalaris *Jncurabilium*, & *S. Marię de Cęsareis*: quemadmodum splendidissimè *Archipresbyter* Ecclesiæ Regiæ *Altamuranę*, *Præpositus Canusinus*, uterque in *Appulis*, ut ajunt *montibus*, aliique per Neapolitani Regni Provincias. *Florentię* summus Hospitalarius: *Carpensium*, ac *Vastallanorum* Pręlati apud *Jnsubres*, aliique in *Ethruria*, ac per universam *Jtaliā Europamque*. Et regulariter ex vi Privilegiorum Insignia hæc Abbatibus temporalibus indulgentur: perpetuis vero re ipsa, benedictione accępta per manus impositionem, ut plerumque per *Sanctę Sedis Nunciū* Lutetiæ. Ex Pontificali *Tamburin. & V. Barbos. 16. per tot. c. 11. 1. 5. & eundem Voto decis. 89. nu. 29. lib. 3: to. 2.* De Galliarū praxi Nos ibi didicimus à *cōsule Ughelliū in Jtal. sac.* Per-

vol-

volve universim pro *Sicilia Rocchum* *Pyrrho*; & pro *Archimandritatu* in eo Regno perperam speravimus P. *Abb.* D. *Julij Lucenti* Lucubrationes. De *Germaniæ* Infulis, ac aliis sacris, bene notus P. *Bucelinus* scribit. De *Gallis Abbatibus* adest opus elaboratiss. *Galliæ Christianę Samartanor.*

Dubium excitari posset de *Abbatissis* nonnullis valde Jllustribus, quēadmodum in Jmperio, ac Belgio, prærogativis aliàs insignibus decoratis, de quibus maximè id. P. *Bucelinus*, *in Sacra Germ. Hermes in Fascic.* Jur. Publ., & nos alibi scripsimus. Titulum tamen hujusmodi non didicimus, neque usum exactè observavimus: & jure, quanquam enim nō-nullis placeat eas locū subiisse *Diaconissarum*, quæ in sacris Liturgiis, ac Syntaxibus sequiori sexui præibant, id post plures testante *D. Carol. du Fresne* in *Glossario* sæpe laudato *fo.* 1. 16., & alibi, & frustra probare promittente in suo nunquam producto, juxta conceptum Embrionem Tractatu *D. Dominico Macro*

Theo-

Theologo Melitensi. Eę tamen Cęnobiorum Præfectæ, ac Virgines maximæ, quo titulo dignissimæ, ut quōdam Præfectæ *Vestalium*, de quibus Vir singularis *Lipsius*, habentur pro matribus familias, & præpositis ad muliebrem domum vigili cura moderandam, sicut videre est apud PP. *Pellizzarium*, *Tamburin.* aliosque; & facultas nonnumquam amplissima, de qua *DD.* ac pręsertim elaboratissimus Jnterpres *Gōzalez in cap. Dilecta de Majorit. & Obed.* Usum clavium haud amplectitur. Hinc ipsis Benedictiones, manus Jmpositiones, & Sanctæ Crucis super Virorū capitibus signacula, nec non Virginum cum Benedictione Sacerdotali Velatio pęnitus interdicta. *Gratian.* 20. *q.* 2. *cap. Statuimus*, & in *Capitular. Caroli Magni c.* 72. *seu inter Capit. Reg. Franc. per Steph. Balutium edit. to.* 1. *fo.* 715. Multo minus Monialium suarum Confessiones audire, quemadmodū *Gręcorum* audaciores *Abbatissę* olim ambiere teste P. *Magis: Lupo* in *Schol. ad Tertulliani pręscrip.* 3. *fol.* 56.

De

De Sacrarum Virginum Antistita, vulgo *Abbatissa* Ordinis *Divi Benedicti*, nobilissima in Urbe *Cupersani* Barensis Provinciȩ *Regni Neapolis*, quæ singularis est in *Italia*, cum quodam usu Baculi, *Chirothecarum*, quibus Presbyterorum osculum adhibitum, *Mitrȩ* manibus sororum supra ipsius caput elatȩ, non tamen illud attingentis, Jurisdictione, ac Vassallis: videndus est P. *Ughell*.

De Provincialissa celeberrima Canonissarum *Vallis Viridis Messanȩ* cũ *Gantis*, post *Pennottum* 2. 2. Pater *Samperius* consulendus *Iconol. B. V.* 3. 24. *fol*. 440.

Regulari, ex piissimo, ac sanctissimo *D. Francisci* Ordine *Minoritarũ Custodi Hierosolymitani Templi*, ut *Summi Pontificis in Palȩstina Vicario*, cum usu Mitræ, *Chirothecarum* cæterorumque Insignium Episcopalium ornamentis, privilegium simile Alma Sedes communicavit, non absque ingenti ac rursus florido post varios conflictus in celebri *S. Sepulchri* Basilica decore, & Peregrinorum continuo affluentium gaudio. Nec in-

fe-

ferior eorũdem Insignium usus *Maronitarum Antistiti*, ex privilegio *Hadriani Sexti* Pontificis pro *Antiochena Ecclesia* elargito, cujus titulus à Monasterio, ac Templo possidetur *Divæ Marię Caruobim*, vel *Chernubim* Libani Montis: ipse enim cum proprio Patriarcha, decem Episcopis suffraganeis, & simili genere; Ecclesiæ ac Sedi Romanæ satis fideli eum montem incolit: De utroque notat etiã nonnihil prædictus *D. de Saussay fo. 62. & 63.*

Cui addenda Pontificia Beneficẽtia ex *Urbani Octavi* fęl. recordationis ævo, in mittendis, quam sæpe Vestibus, ac Pontificalib. Insignibus cum *Chirothecis* ad instar Occidentalium, Episcopis iis, qui sese Ecclesiæ Grecæ ornamentis equiparabant. Quoad ipsorum autem *Maronitarũ* Mores, ac Ritus videnda sunt ea, quę diu à sedulis *D. Fausti Naironi* Lucubrationibus non insperavimus.

Messanẽsis rursus Metropoleòs Canonicis *Chirothecarum* usus, & Pontificiè alibi fungentibus,

At Mundities interior, ab Ecclesię

fiæ providentia meditata, exposcebat quoque exteriorem in *Chirothecis*, presertim lineis si usus vigeret, & in sericeis usu receptis si indigerēt nonnunquam abstergendis. Priscis enim Fidelibus; tum ex pauperrima crumena, tum ex affectuum remissione lanea primum, ac linea, deinde subserica etiam in sacris adhibita pro comperto habemus, cum holoserica vestis, tanquam quid rarum ab *Heliogabalo* indutum, longè post ad Equestres, ac Populares transierit, aperto quoque *Baphio*, sive officina pro purpurino lanę, ac serici colore. Ad *tex. in l. 2. & l. Privatæ C. de Murileg.* De Linea Ethnicorum Tunica in sacris *Apulejus in Apol. & Scheffer. Ital.* Philos. 14. ubi de Pythagoricis. At pervolve *Saussay Panopl. & Bona Liturg. c. 5. & 24.* & videndi potissimum *Ferrar. ac Rubenius* in locis jam apertis, nec non *Bulenger. de Sacr. Vestib.* Hinc in canone *Synodi Galon.* sanè decretū legimus: *Linteamina Altaris, & Indumenta sacerdotalia, nonnisi à Sacerdote vel Diacono, vel aliqua bona Ma-*

tro-

trona, vel Virgine, sine appositione aliorum pannorum convenienter quãdo opus fuerit abluantur, ita ut munda, & nitida conserventur: quia nimis absurdum sordes esse in vestibus sacris, quæ dedecerent etiam in profanis. Quæ verba ad rẽ adfert *P. Aloys. Novar. in alias cit. Encycloped. Epistol. Ep. 48. n.* 251. Et merita in sacris *Chirothecis* abluendis Veterum fidelium sanctio; siquidem simplex olim earum Tactus, Laicis nefas: quemadmodum discimus ex *Epist. Decret. 1. Stephani Papę I.* generaliter de omnibus Vestimentis determinante hoc modo. *Vestimenta quibus Domino ministratur, cultusque Divini omni cum honorificientia, & honestate à Sacerdotibus reliquisque Ecclesiæ Ministris celebrãtur, & sacrata debent esse, & honesta. Quib. alus in usibus (cum Deo ejusque servitio consecrata, & dedicata sint) nemo debet frui quam Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis. Quę nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus, ne vltio, quę Balthasar Regem percussit super hęc transgredientes, & talia pręsumentes, veniat*

Di-

Divina, & corruere eos faciat Divinę Ultionis justum flagellum adima.

Quę insignia in *Episcopis* atq; *Abbatibus* indumenta, pictis quoq; ipsorum imaginibus admodum cōgruere Jo. *Molanus* ostendit *lib. 2. cap. 40.* & 4. 29. de *Imaginum Picturis.*

Hęc quoad sacrarum dignitatem *Chirothecarum*. Pro quibus luculentiora nō pauca sperare faciunt operosiora pręfati *Clariss. D.* Jo: *Ciampini* studia, in Opusculo *De sacris Indumentis*, cum aliis duobus, *De sacris* scilicet *profanisque Calicibus* ac de *sacrarum Imaginum usu, earumque veneratione* post suum anno 1688. Romę jam datum, *De perpetuo Azymorum usu in Ecclesia latina, vel saltem Romanæ.*

CAPUT V.

Quibusnam, & quando Chirothecarum Usus interdictus.

OB Necessitatem quandam, ad propulsandas Aeris Injurias, ob temporum Luxum, & Sacrorum exer-

exercitium, *Chirothecarum* consuetudo potissima jam est demonstrata. Hęc autem non semel intercisa, Jure id mandante, vel more suadente. Sic Leges Saxonicę Regiis Pręcoribus pro Tribunali sedentibus *Chirothecas* ferre vetant, ut legitur in earum *Speculo lib. 1. a 69.* & *lib. 3. viden a* 45. §. 10. sancitum enim est ibi quod, si sub Regis banno sit cognoscendum, Scabini sive Judices, sententiam ferre debeant, Inermes, Jejuni, pileis & *Chirothecis* detractis, ac palliis indutis, materiam exornante *Georg. Rittherſ. I. C.* instructissimo in *de Ju. Asyl.* 3. 34. *fol.* 40. Nos Principes summos utriusque sexus, & Proreges adimus: ac summum Pontificem in cubiculo, tum in sacello veneramur *Chirothecis*, ac Pileis in intermedio conclavi depositis: quod si cupientes audiri, petentesque se ad humillima beatorum Pedum oscula permitti, id negligant, per Magistros Ceremoniarum Sacri Palatii, vel Intimos Cubicularios monentur, & cum Birretis ad custodiam, ipsis auferuntur.

In

In Jure quoque Saxonico *ar. 5. cap. 33.* quemadmodum est narratum de Gallis *cap. 2. Antequam Vassallus accedat ad Dominum, Gladium, Cultellum, & Calcaria, Pileum, & Mitram, deponat, Chirothecam, & Cappas exuat, &c.*

Militibus inter Ignominię species earum detractio, apud *Anglos* pręsertim, ex *Valsingamo* circumspecta in *Eduardo III.* Rege; sed putamus juridicam, aut potius militari aliquo more violentam. Cum potior belligerantium pęna, Armorum esset privatio *l. 2. ff. de his qui not. Inf. & 2. Reg.* legatur *Non ęque gloriabitur accinctus, & discinctus* De *Grifone* pro *Martano* spoliis mentitis surrepto *Areost. 17. 131.*

Gli havean levato l' Elmo, e la Corona,
E lasciato in farsetto assai vilmente.

Docet inde, *Goffredi* nomine, *Tassus* auxilium respuens *Armidę 4. 81.*

Io per me quì depongo Elmo, e Lorica,
Quì mi scingo la Spada, e più non fia,

P Ch

Ch' adopri indegnamente Arme e Destriero,
O'l nome usurpi mai di Cavaliero.

Alias in Castris *nudæ Manus* Pacis inditium. *Virgil.* 11. de *Aenea*

Oremus Pacem, & dextras tendamus inermes.

Et rursus *lib.* 12.

——— *Dextram tẽdebat inermem.*

Areostus de Norandino Rege 18. 66.

Et alzando la man nuda, e senz' arme
Antico segno di tregua, e di pace

De *Clorinda Tassus* 12. 69.

E la man nuda, e fredda alzando verso
Il Cavalier, in vece di parole
Gli dà pegno di pace.

Non ignoramus *Baculos*, & *Arma* ritu antiquo in sacris ædibus deposita, cæpto à Diacono Evangelio; cõsiderabant enim prisci Fideles, humiliter ante Dominum stare oportere ex *Amalar.* 3. 18. *Honor. Gemm.* 1. 24. *Durand. in Rationali* 4. 24. *Moririno* 4. 18. *de Pœnis*, ubi, & de accedẽtibus ad Confessionẽ, ac vulgato de *Myster. Missæ. Hidelberti* carmine

Ple-

Plebs Baculos ponit, ſtat retegitque caput.

Quam notitiam illuſtrat *Nicol. de Plove* Poſnonieñ Presbyter ab anno 1434. quo claruit, & in *Miſſæ Expoſit.* ubi: *Cum legitur,* inquit, *Evangelium, Arma, vel Baculi deponuntur in ſignum quod, juxta dactrinam Evãgelicam, parati ſunt fideles, non armis, ſed patientia ſe defendere.* Hinc meminimus vidiſſe in Oris ſeptentrionicis nonnunquam Equeſtris ordinis Milites, dum Evangelium legebatur, Enſi manum admovere, aut de vagina educere ad teſtandum, ut dicebant, eo geſtu ſe paratos pro Evangelica defenſione, & ſanguine effuſo pro virili pugnaturos. Ubi id conſuetum, *Chirothecas* profecto exuendas cenſemus,

Univerſim verò ex munditie Menſæ aſſidentes *Guantis* manus detegũt; & *Vindobonæ*, ſive *Viennæ Auſtriæ* illaudatam vidimus, & audivimus puellarum conſuetudinem, quæ ob manuum ſcabiem, ac Puſtulas ſeu maculas ſanguine rubentes, frequentem (quod doluimus) *Parmæ,* cibos

ori admovebant digitis tantum earum manicarum, quas *Dactylothecas* propriè appellari suasimus, apertis, ac uolutis. Quod si Romanis mos erat probatissimimus, nudis pedibus accumbere, soleis detractis, ut ex *Plinio, Seneca, Plauto, Horatio*, & aliis probant *Petr. Ciaccon. de Triclinio Fulv.* Ursin. in *Append. ad Illum fol. 306. Hier. Mercurial. Art. Gymnast. 1. 11. Raderus in Martial.* 14 60. *Balduin. de Calceo*, ac alii; Cui assuetudini Servatorem nostrum, & Apostolos prudenter sese adaptasse volunt *Salmeron Alf. 4. p. 2. to. 7. Jo. Maldonat. in Luc. 7. nu. 37.* ubi *Card. Tolet. Gretser. in Demonst. Dogm. Cathol. Eccles. cap. 7. Villalpand. in Ezech. 23. & aliis.* Haud dubium de nudis Manibus, quas *Christo*, ac suis, nunquam *Manicatas*, seu *Chirothecis* vestitas, constare diximus. Et de Priscorum summa in sumendis Eduliis Munditie, validissimum ex frequenti manuum lavatione argumentum *Lamprid.* enim in *Heliogabalo*: *Cum tantum*, scribit, *biberent, per singula fercula, & Manus, quasi comedissent, lavarent.*

Idem-

Idemque paulo poſt *Ut haberent viginti duo fercula ingentium epularum, & per ſingula lavarent.*

Imo, ſi Nudipedalia à Viatoribus, Viris Principibus, Puellis, & Servis uſu habita, in Templis, in Proceſſionibus, in ſuperſtitioſis, in Funeribus, in Magicis, atque in bello, ut ad ſatietatem probant *Bened. Balduinus de Calceo Antiquo cap. 23.* ac *Theoph. Rainaudus* in *Heterocl.* Manus etiam nudæ laudatiſſimæ in rebus mæſtis, cum Veſtes hilariores exuũtur; Paulatim tamen, ac noſtro ævo *Chirothecæ* nigro tincto colore ad Luxus exhuberantiam ſunt invectæ.

Scortea Colobia, vulgo *Colletti di Dante*, dupla, ac præter morem craſſa, quacumque corporis parte vetita, etiam pro *Chirothecis* in *Sereniſs. Etruriæ Magni Ducis* ditione. Minimè tamen, Baronibus, Aulicisque conſueta, tradente Doctore *M. A. Sabello* in laudata Italicè *Prattica Univerſ. Litt. C. V. Colletti pag. 91.*

Verum ſponte *Guantos* ſibi vetat quiſquis illorum altero, vel vno in

Digitized by Google

Curiæ, vel Basilicę scamno, aut in aliis subselliis deposito locũ acquirere intendit, secundum praxim ferè communem, de qua cum *DD. Mela in Addit. ad Decis. Neapol. Gizzarell.* 17.*n.*18. Cui tñ rationẽ ex Juris Civilis ventre haustam, ac desideratam supplemus; ea siquidem, quæ in nonnullis sunt bonis, occupanti conceduntur, §.*Feræ igitur Bestiæ Instit. de Rer. Divis.* Et fundatur in illo sacri text. *Deut.* 11. 24. *Quicquid calcaverit pes vester, vester erit*, quo universale, ac primæuũ suppositũ dominium indicatur. Quia etsi ad possessionem acquirendam sit animus requisitus cum corpore, ad retinendam sufficit solus animus *I.C. in* §. *possidere Instit. de Interdict.* iis verbis: *Quin etiam animo quoque solo retineri possessionem placet, idest ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius: tamen si, non relinquendę possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur*. Quo circa per *Guantum* facillimè vacuum locum possumus adipisci. Acquiritur, retinetur, & cul-

& cultu quasi religioso per quoscúmque observatur *Neapoli* in Regia, & ferè Luxuriantis Naturæ, Italię Urbe, in cujus Tēplis quadringentenis Pietas ultra famam, & miracula Sãctorum perpetua: de quibus consulendus Vir Antiquę Eruditionis sciētissimus è Soc. Jesu *P. Sylvester Petrasancta*.

Hinc apud *Alemannos*, & presertim *Coloniæ Agrippinæ*, quæ adversus ineptè vocitatam *Batavorum* Reformationem, propugnaculum est Catholicum, in templis ad numerum dierum per anni circulum, scamna sunt solo affixa, & pro utroque sexu benè disposita, tum sessionis, tum lectionis commodo. In quibus accumibentes Fideles cælestibus dapibus *Eucharistiæ* in summo altari, quandoque valde dissito, cum *Chirothecis* relinquunt Pileum, Birretum, Strophiolum, Rosarium pluresque sacrarum precum libros, quorū celebre Urbs illa est emporium. Hæc autem cuncta, & post diuturnam moram fideliter ibi repetunt. Quod Utinam in *Galliis* atque *Italia* con-

tingeret, ubi locorum Ingenia vividiora, & magis ad nouandum prona: per ea que acutissimus *Casp. Huartes* Hispanus auctor tradit.

Jure prohibente variis modis *Chirothecas* gestare nefas. Experiũtur *Episcopi*, ac similiter *Antistites* insigniti, quibus in *Sacrificiis Defunctorum*, & in die *Veneris* majoris hebdomadæ iis uti non licet ex *Cærem. Episc. lib.* 2. *cap.* 11. *&* 29.

Semper verò sacris facientibus *Presbyteris* indictæ, quanquam ab eorum nonnullo tùnc adhibitæ, ex corio quidem elaboratæ, ad *Episcopalium* ex serico textarum discrimen *Jo. Frider. Karg.* in *Pace Religiosa* jam *cap.* 3 *sup. laudat.* loca non proferens ut Genti nimis forsan Libertinæ in oris frigidioribus parcat.

Pro *Archidiaconis* aliisque Presbyteris in Dignitate constitutis, vel non, *Synodus Londinen.* anno 1200. à *Cappis manicatis* (lege *Guantis*, vel *Chirothecis*) deerevit abstinentiam. Idque ex Doctoribus sensere presertim *Gonzal. cap.* 15. *de Vita, & Hon. Cler. num.* 10. *fol.* 55. *tom.* 3. *Decr.* &

Carol.

Carol. Annibal Frabottus J. C. Parisiensis Excellẽtiss. qui supra se ipsum scripserat *Disquisitiones de Numero Puerperii, & de Justo partu*, legitimũ defendens Undecimenstrem, & intra Avicẽnæ Scholàm: *prælect. inquam ad eund. tit. De Vita, &c. fo.* nobis 41. quo in textu is *Manicas* pro *Chirothecis* interpretatur: *Gonzalez* vero æque eruditus pro *Vestis extremitatibus* explicat. Adstipulatur *Servius* Grãmaticorum Anteambulo his verbis *Tunicæ Vestræ habent Manicas* ad illud Poetæ carmen *Æen. 9.*

Brachia Manicæ velant extrema capaces, &c.

Et ne sacra via pedes fugiant: In Decretis *Concilii Eboracensis* Annal. parte posteriore apud *Hovedenum Præcipimus*, sic habetur, *etiam ut Sacerdotes, non in* Cappis Manicatis *incedant, sed in vestibus suo ordine congruis*. Missa quoque Vetus, à docto Viro *Hugone Menardo* post *Sacramentor. D. Gregorii* librum edita præstat legenda *Exuat Manicas, lavetque manus*. Qui Canones plane

sanctissimi, ac venerandi antiquati non sunt Cordatis, & Conscientiæ stimulis actis Ecclesiæ Viris; sed tantum Luxuriosis, ac nimium apertis, quibus jam jam, & antiquatum sacrosanctum erit Evangelium.

Testimonia *Clericis* ad rem facientia damus hiç dignissima. *Concilium* primo loco Provinciale *Cloveshoviæ* sub *Cutberto* Archiepiscopo *cap.* 28. cujus sanissimum decretum tale: *Vestibus consuetis, juxta formam videlicet priorum, sive Clerici, sive Monachi* (optima extensio, de qua Nos paulo infra) *deinceps utamur: nec imitentur sæculares in vestitu crurum per fasciolas, &c.* de quibus, idest *Cruralibus fasciis* J. C. *Ulpianus in l. argumento* 25. *ff. de Aur. Arg. Leg.* Sic inter *Capitularia Regum Francor. à Steph. Balutio emend. to. 1. fol.* 153. inter ea *Childerici III.* anno 744. sancitum Clericis Vestimenta, vel Calceamenta, quam quę Religionem decent, habere minime licere. Quæ proculdubio *Guantorum* exuberantiam pertingunt. Deinde procedimus

mus ad Patres, Latinos, & Græcos, breviter tamen more nostro, ne ex sacra Censura, nonnullis nimium Critici, aut Satyrici videamur. Et *D. Hiron.* eloquenter perstringens ad *Eustochium: Sunt quidam,* inquit, *mei ordinis, quibus omnis cura est de Vestibus, si bene olcant, si pes laxa pelle non folleat.* Quæ circa *Odorem*, ac *Pellem* infælici hac ętate, seu ferreo sęculo ad nonnullorum in Ecclesia Manus forent applicanda. *Clemens Alexandr. Pędagog.* 3. 11. invehens in Vestium Luxum *Vestis indicat cujusmodi Mores nostri sint: & cultu corporis augetur Luxuria.* Mellifluus *Bernard.* in *de modo bene vivendi serm.* 9. prorsus declamans *Non facit ornatum Clericum tenera vestis, sed Munditia Mentis. D.* Jo. *Climaci* Scholiastes *ad Grad.* 10. *num.* 21. diffinit Vestium cultu pravas in anima cogitationes progigni. Optime tandem *Matthęus Parisius* in *Henrico* Anglorum Rege III. ubi hujusmodi Anglicanę Synodus verba refert non contemnenda. *Quoniam de habitu Clericorum, qui non Clericalis videatur, sed potius mi-*

litaris, grave scandalum laicis generatur, firmiter statuendo præcipimus, ut ad formam de Vestibus Clericorum, quam de Ornamentis Equorum, in generali Concilio edicta, per subtractionem Beneficiorum ab Episcopis restringantur: ita quod in mensura decenti vestes habeantur, & capis clausis utantur in sacris ordinibus constituti, maxime in Ecclesia, & coram Prelatis suis, & in conventibus Clericorum, & ubique in Parochiis suis, qui cum animarum cura Ecclesias susceperunt. Et ut possint Episcopi alios melius ad honestatem vestium, Tonsuram, & Coronam decentem, & Equorum ornamenta idonea coarctare, provideant, ut à suis Clericis commensalibus hec prius faciant observari, habentes eos in vestibus, calcaribus, fœnis, & sellis, Clericalis gerentes habitum honestatis. Patrum quidem verbo ex exemplo; si expediat, Reformatio; primo, & potiori loco habēdos *Majoritas* in parvulis quoque ad luxum proclivibus, & Divinum cultum non foventibus, etiamsi ulteriorem haud faciant victum, nec lautiores instruant mensas.

ſas: poſtmodum deſcendendum ad *Minoritas*, quemadmodum ex Sacra Hiſtoria Adagium protritum.

In argumento quoque ſtrictius rē ſuppeditant ſynodicæ, quamplurimæ Magiſtrales Conſtitutiones. *Chirothecas* igitur inciſas, veluti ad ſæcularem luxum magis aptatas, nullo unquam tempore *Clericis* deferre licitum. Alias vulgares, & minus pulchras niſi neceſſitatis cauſa permiſſas ex *Synodo Ravennatenſi* anno 1607., ut putamus in caſu Infirmitatis, aut longi Itineris. Rursùs in Eccleſiis, ac tempore maximè Divinorum Officiorum ab iiſdem minimè deferendæ. *Synodus Caſtellana* elapſo ſęculo, annoque 1595. Multo minus cum ſuperpellicii indumento in templo vel foris: qua occaſione, Violas, Roſas, Floreſque alterius generis prę manibus habere inhibitum ex *Nucerina* de anno 1606. Pro odoratis vero *Chirothecis*, Clericorum mulcta anno 1631. in *Tarraconenſi* Concilio ſancita, forte quia corde non bene olet, qui manibus, ac veſtibus olere ſtudet. Quæ Decreta

val-

valde congruentia ad laudabilem Clericorum Institutionem refert fideliter *D. Gasto Chamillard* Doctor, ac Regius Professor Sorbonicus in de *Corona, Tonsura, & Habitu Clericor. fo.* nobis 234. 242. 244. & 655. Et apud *Bolland.* in *Vita Sãctæ Vualburgis seu Act.* 55. to. 3. *fol.* 325. de quodam ex partibus *Franciæ* adventante, oscitanterque cum *Vuantis* Ecclesiã ingresso, refertur eos à manibus revellere volente, minimè invenisse: post quatuordecim tamen dies oratione habita ipsum recuperasse.

Fulciuntur hęc optimis aliis, ac sanctissimis placitis, nec obsoletis, nec pænitus novis; *Canonico* enim cuicumque, vel in Dignitate constituto, aut Ecclesiæ cuilibet Ministro Clericove, dum Horariis Divinarum Precum officiis interest, aut Processiones, funera, vel Functiones Ecclesiasticas obit, superpelliceo aliove sacro indumento induto, manibus *Chirothecarum* tegumentum vetitum omnino. Sic pro *Ecclesia Mediolanensi* in ejus *Actis* planè heroicis, quæ ubique summum pro Dei famu-

latu

Digitized by Google

latu ardorem *D. Caroli Borromæi* ostendunt *p.1.fol.154.col.2.& fol.783.*

Sacerdos tantum Benedictionem daturus, Venerabile *Sacramentum* velatis accipit manibus: ex Gauanto in *Rubric.Missal.4.12.9.* Ritu forsan à Veterum Religionis studio desumpto, & ad sacra mysteria evecto. iis siquidem supplicantibus, non modo fuit moris supinas manus protendere, quod *Lycaon Achilli*, & *Europa* apud *Moschum* egere *Iliad.* 1. & 21; notatque de *Camillo Plutarch.*& *Virg.Aen.*12.

Ille humilis, supplexq; oculos dextramque præcantem
Protendens

Ipsumque verbum *Precari* Latinis Grammaticis à manus porrectione promanatum censetur. Verum eas velabant, quod *Homer.* Iliad.1. *de Chryse*, ac de *Theseo Plutarch.*testātur. Veloque Oleæ ramo involuto *Virg.* affirmat *Aen.*12.

Velati ramis Oleæ, veniamque petentes

Sic *Plant.in Amphit.*

Ad nos veniunt flentes Principes

Ve-

Digitized by Google

Velatis manibus orant ignoscamus, peccatum suum.

Liviusque 4. Belli Punici: *Ramos Olea, ac Velamenta alia supplicum Porrigentes orare ut se reciperent.*

Neque à *Clericis* sive *Acolytis* Incruento Mystæ sacrificio servitium præstantibus habendæ *Chirothecæ*: prout eadem *Acta p. 4. fol. 751. col. 1.* Et quod Ceroferarii quique, manibus nudis, nec superpelliceo tectis tractare debeant candelabra, habetur in *Cæremoniali Ambrosiano lib. 1. fol. 233.* docentque *Crassius de Cæremon.* Cardinalium c. 14. *Fantonius in Carmelitar.* 2. 8. 1. & Paul. *a S.* Jo: *in Discalceat. D. August. c.* 12. quos sequitur *P. Maggius De Sacr. Cærem. in Offic. & Choro Opus. 3. disquis. 1. pag.* 390. cōtra *Tutinium* in *Camaldulens.* qui adversus erat ne candelabra inficerentur.

Quandocumque vero *Seminarij Clericis* vetitæ. *Ibid. fol 986.*

Item *Sacerdos* celebrans, illas non audeat ponere in Altari. Ex iisdem *Actis p. 1. fo. 10. col. 1.*

Cuicumque demum Fideli ad sumen-

mendum ſacroſanctum *Euchariſtiæ* Sacramentum accedenti, indictum omnino manus habere *Chirothecis* impeditas, vel *Manicis* (melius declarans) aut ſudariolo, vel ſimilibus. *Actor.* præfata *p.4 fol.726.col.* 1. obſervabat enim prudentiſſimus, ac fervidiſſimus Paſtor fidelem Chriſti quemcumque, tanquam mancipiū cum nudis, flexis, & quaſi vinctis manibus oportere ad ſacram Synaxim intrare, illamque comitari, nec minus digna compoſitione ſubditorum ad Principes Terrę. Ex ea ſi benè procedat, cæteri templo adſtantes ediſcunt, ſin minus in ſcandalum incidunt: quod utinam inter Chriſtianos haud contingeret, nec nobis dolentibus laudabiliora de facie, ac manibus Muſulmanicis, in ſuperſtitioſis eorum Meſquitis audiremus.

Gentiles olim Romani, eorum Rege *Numa* imperante in ſacris manus velabant ex *Livio*. Hinc Venuſinus cecinit.

——— Et *albo*

Rara Fides colit velata panno

Legatos quoque ad Pacem petendam

ridam sic manus operiisse docet Historia Vetus: *Plautusque* in *Amphit.* ibi

Postridie in castra ex urbe ad nos venerunt flentes
Principes velatis manibus, orant
Ignoscamus peccatum suum.

Et *Ovid. Met. 11. de Peleo*

Copia cum facta est adeundi terra tyranni
Velamenta manu protendens supplice qui sit
Quoque satus memorat ——

Scite *Lud. Ancost. 21. 1.*

Ne dà gli antichi par che si dipinga
La santa Fè vestita in altro modo,
Che d'un Vel bianco, che la copra tutta
Ch'un sol punto, un sol neo la può far brutta.

Nobis christianam fidem profitentibus mos idcirco laudatissimus ad *Venerabile* accedendo *Convivium* nudas manus, albo mundoque mensali submittere, & humili forma, quasi velare. Sed lotas cum facie, neque Tabacho, aut similibus spurci-

ci-

citiis pollutas; qua in circumstantia labes conscientiæ saltem venialis: *Granad. de Euchar. disp. 9. 13. & P. Leander. quæst. moral. in sept. sacram. to. 2. 7. 7. 8.* Absint tamen *Chirothecæ* à substinentibus pallium, vel cum cereis in sacris procedentibus.

Galliarum æquè culto, ac feracissimo Regno, *Paræcis* in sacris vestibus olim usu receptę *Chirothecæ*, ex corio tamen consutę, atque ab Episcopalibus, ex serico, seu textilibus planè dissitæ, in quibus Ecclesię Unitatis mysticum argumentum. Eæ tamen, jam obsoletę, synodales sanctiones haud metuunt. Nec similiter vigens consuetudo, post annos quamplures pręscripta, qua *Lutetiæ Parisiorum* sacerdotalia cadavera ad sepulcrum ducuntur, facie aperta, sacerdotalibus ornamentis insignita, candidis *Chirothecis* manibus insertis, pedibusque sandaliis ejusdē coloris indicis. De qua testis oculatus, nec fallax Criticus *D. And. de Saussay Panopl.* superius laudatę *fol.* 353. Hujusmodi enim ritus in Defunctis decorem, ac munditiem sapiunt,

piunt, citra omnem vanam Luxus ansam, in Viris Ecclesię illùc, per quam doctis, & exemplaribus, quod nemini blandientes accuratè aliàs vidimus, fideliterque calamo narramus.

At inferioribus *Episcopo* nequaquam concedendas, ut eminentioris gradus appareat distinctio. Eleganter *Illustriss. D Anton. Paulutius* in sua *Jurisprud sacra tract. 2. cap. 18. num. 7.* significavit, quę in *Abbate* sic decorato ęquè militant.

Nec putet quisquã è nostro Schediasmate *Cęnobitas* eliminandos potissimas quorũ Virtutes affectũ planè religioso percolimus; Videndum enim, an ipsis, citra Dignitatis gradum, ac modestię Metam *Guantorum* sive *Chirothecarum* usus, ad propriũ ac privatum commodum, expediat, sitque permittendus.

Responsio absoluta omninò est negativa, pro qua ipsos met Patres audiamus. Designarunt ij, primasq; vestes induere, communi vocabulo *Colobium* appellatas, aut *Lebitum*: Utraque nomine diversa, re autem

ca-

eadem, & una, quemadmodum statim videbimus, linea scilicet, absq; manicis, vel ijs abscissis, ut expeditiores ad ambulandum forent, & ad dormiendum soluti.

Breviter *Sozomeni Hist. lib.* 1. *cap.* 13. verbum tamen usurpans latinum ibi *Nam Tunicis se induebant manibus carentes*. Clarius tamen *D. Hieron.* optimus quidem Linguarum Professor in *Prefat. ad Regul. Pachomii* ubi: *Nihil habent*, inquit, *in cellulis preter Psiathium, & quae infra scripta sunt, duo Lebitonaria, quod Aegyptijs Monachis genus vestimenti est sine Manicis, & unum jam attritum ad dormiendum, vel operandum &c. Rufin.* de Vita Patrum *c.* 13. *Tabennensij appellantur, quibus usus est indui Colobijs, quasi saccis lineis.* Et *cap.* 7. *Indumentum ejus stuppeum Colobium erat, quod apud illos Lebites appellantur, & linteum quod collum, & caput obvolueret.* Apertius etiam *Cassian. de Institut. Cenobitar. c.* 5. hoc modo: *Colobiis quoque lineis induti, que vix ad cubitorum ima pertingunt: nudas de reliquis circũferunt manus, ut*

am-

amputatos habere eos actus, & opera mundi hujus suggerat abscissio Manicarum. Ubi sapientissimus Praeceptor materiam introspiciens, pro Manuum nuditate, & *Guantorum* exvitione prorsus necessaria, causam profert egregiè. Quae Manuum Nuditas antiquo penicillo in Veteribus Monachorum peristyliis optimè expressa, *Casinensis*, *Cavensis*, ac *Sublacensis* maximè: sequiori autem ęvo perelegantibus *B. Bernardi Ptolomaei* per *Sodomam* satis notum, in Senensi ditione Iconibus, & in clariss. Olivetani Ordinis Archicaenobio. Alias autem Vestes, quae postmodum usu valuere, non tamen pręter argumentum *Dorotheus* enumerat *p. de Renunciat.* iis concisis verbis *Tunica absque Manicis*, & *Zona pellicea*, *Analabus*, & *Cucullus*. Nobis prior phrasis sufficiens est: ad reliqua digerenda, Lectoribus Lexicographos aperimus, & maxime *D. Du-Fresne*, ex Illustrissimis *Gallorum Academiis* pluries laudatum, nec non *Henricū Spelmannum* Anglo-Britannum in suo *Archajologico*, apud quorum

pri-

primum *to.2.fo.590.* ex Libro Ordinis *S. Victoris Parisiens. M.S. cap.* 18. & 40. Mitræ Laneæ pro Conversis efformatę, Operariis, Itinerantibus, & Infirmis, ad protegendum caput extensæ, id enim discretum.

Spiritu Dei, & Patriarcharum amore penitus exueretur, quisquis Monachus adhiberet *Chirothecas* pręsertim pellaccas, cum nec laneæ olim permissæ, majorum præceptis, & exemplis obstantibus: & nimis profectò sentiret luxuriosè quisquis astrueret, quod incedentes calceati possint agere Manicati, Laicalis Vanitatis pedissequi perditissimi, in pravam eorum sortem fortasse alios miserrimè trahentes.

Indecens non parum apud magis honestos mos habitus Religiosorum ad arcendum frigus, vel citra illud manus in sinu, aut infra cingulum intra vestes recondendi: quod, ex *Clem. Alex. D. Bonav. Hugone Victorino* aliisque improbat viriliter *P. D. Franc. Ma: Maggius de Sacr: Cæremon. to. 1. disquis. 9. pag.* 474.

Argumentorum tamen Achilles

ex

ex adverſo pro Cænobitis qui, maximè apud Noſtrates, Chartis impalleſcunt,textus erit *Addit.Conſtit. Caroli Magni cap.* 12. ita decernens *Abbas omnino prouideat ut Monachorum unuſquiſque habeat Wantos in æſtate, & Muffulas in hyeme Vervecinas*; Aeſtiva tamen *Guantorum* ſpecies nõnihil prętcr ordinem portendit, quod frigoris remedium exuberat, & forſan ad Agrorum cõducit culturam, in qua ſeſe magis exercebant Veteres Monachi; Et nota eſt *Carolina Pietas* in Eccleſiarum Cathedralium,& Cęnobiorum complurium erectione, ampliſſimis proventibus in ſubſidium elargitis, ac prudẽtiſſimis Legibus promulgatis. Numquam labitura Virorum Literis, ac fama ſanctitatis illuſtrium inde effluxorũm extat memoria per univerſum Imperium Romano Germanicum, quos etiam in minimis Luxui ſtuduiſſe credere abſurdum eſt.

Fatemur *D.Jo:à Capiſtrano* craſſioribus pellaceis *Chirothecis* uſum, quarum unam ſub pia cuſtodia in

ipſius

ipsius patria coluimus, altera apud *Serenis., ac Reverendiss. Medicæum S.R.E. Cardinalem* extante. Id tamen in militari expeditione, & aduersus Christianæ Fidei hostes. Adhuc nostro ævo in oris iis admodum frigidis ferrea Monachorum temperamẽta nobismet obvia fuere, quæ præter Hipocaustum, seu artificiale Calefactorium, *Chirothecarum* similesq; molles nimium aliorum consuetudines, & in cilitio delicias respuunt. Quod si alicubi apud Monachos *Gantorum* abusus irrepsit, est quid rarum, nec statim ad generalem formulam trahendum: siquidem *Cassianus* 19.8. *Collat.* per bellè ait *Non enim à parte minima, idest de consideratione paucorum, sed de his quæ multorum, imo omnium subjacet facultati universalis est regula trahenda.* Una Avis Ver non aperit, protritum est Adagium, & apud Nutrices: nec pios admovent viros, quam piorum exẽpla. Præterquamquod, de peccaminosa partis alicujus indecentis ad Monasticum habitũ adiectione scripsit Vir omnium numerorum P. *Sua-*

rez in doctissimo Opere *de Relig. to.* 4.*tract.*8.*lib.*5.*cap.*5.*nu.*11.

Ipsis autem Monachis etiam Baculi usus, præter Necessitatis, aut Infirmitatis casum interdictus, ut in *Capitular. Reg. Franc.* Notat egregie *Balutius to.2.fo.*1092. qui de supplici *Fuldensium* Cenobitarum libello *Karolo M.* pro Senum, & Infirmorum sustentatione meminit. Qui *Baculus* ex puro jampridem ligno necessitatis gratia adhibitus, ad præstantiorem materiam, & causam insigniter evectus, notante suo more gravissimo Viro *P. Ludovico Thomasino* in sua *Ecclesiast. Disciplina.*

Et quid affirmabimus de Religiosis sororibus perpetuæ clausuræ voto mancipatis? Idem prorsus, ac de *Monachis*, & fortius,] quia minus aeris gradibus frigidis expositæ. Earum lege in hoc *Tertiarias* (seu *devotas* domesticas *filias* in *Belgio*) adstringi censemus, cum non dissentiat Vestis. Cujus quidem Vestis indecētia quæcumque ipsis minime permittenda, ut his plane verbis *Sac. Congreg.* decrevit in *Hydruntina* 4. *Aug.* 1625.

1625. apud *Nicol. in Floscul. V. Terriariæ num.* 10. *fol.* 720.

In Regula Monialium *Fontis-Euuraldensium cap.* 15. ſancitum legitur *Ut nunquam induant Gantos*; Lex æquiſſima, ſed forſan emanata priuſquam Virgines Deo dicatæ, & diu cum propinquis domi permiſſæ, effuſo per inimicum hominem zizaniæ ſemine, cogerentur in clauſtra. Hodie in quovis præeio habeantur *Chirothecæ*, illarum quoque Donum eſt Monialibus interdictum, non modo *Bulla* obſtante *Clementis Papæ VIII.* anno 1598., verum id minime ſentiētibus graviſſimis Doctoribus *Filliuc. Tract.* 34. *cap.* 3. *num.* 71. & *Bonacin. diſp.* 3. *pun.* 1. *ſub num.* 9. quibus *addit Daniel de Nobilib.* circumſtantiam, & ſi proprio labore confectæ ſint. In *ſelect.* ſcilicet *Controv. Can. & Civ. p.* 1. *diſp.* 26. *num.* 38. *fol.* 227.

Clericorum Regularium duodecim Ordinibus ipſorum met adverſantur Conſtitutiones, quibus ſeſe *Oratorij Patres*, tibialibus pellaceis tegumenibus peculiariter induentes, manuum nuditati ſponte accomodarunt.

dam sic manus operiisse docet Historia Vetus: *Plautusque in Amphit.* ibi

Postridie in castra ex urbe ad nos venerunt flentes
Principes velatis manibus, orant
Ignoscamus peccatum suum.

Et *Ovid. Met. 11. de Peleo*

Copia cum facta est adeundi terra tyranni
Velamenta manu protendens supplice qui sit
Quoque satus memorat ———

Scite *Lud. Ancost. 21. 1.*

Ne da gli antichi par che si dipinga
La santa Fè vestita in altro modo,
Che d'un Vel bianco, che la copra tutta
Ch'un sol punto, un sol neo la può far brutta.

Nobis christianam fidem profitentibus mos idcirco laudatissimus ad *Venerabile* accedendo *Convivium* nudas manus, albo mundoque mensali submittere, & humili forma, quasi velare. Sed lotas cum facie, neque Tabacho, aut similibus spurci-

citiis pollutas; qua in circumſtantia labes conſcientiæ ſaltem venialis: *Granad. de Euchar. diſp. 9. 13.* & *P. Leander. quæſt. moral. in ſept. ſacram. to. 2. 7. 7. 8.* Abſint tamen *Chirothecæ* à ſubſtinentibus pallium, vel cum cereis in ſacris procedentibus.

Galliarum ęquè culto, ac feraciſſimo Regno, *Paræcis* in ſacris veſtibus olim uſu recęptę *Chirothecæ*, ex corio tamen conſutę, atque ab Epiſcopalibus, ex ſerico, ſeu textilibus planè diſſitæ, in quibus Eccleſię Unitatis myſticum argumentum. Eæ tamen, jam obſoletę, ſynodales ſanctiones haud metuunt. Nec ſimiliter vigens conſuetudo, poſt annos quamplures pręſcripta, qua *Lutetiæ Pariſiorum* ſacerdotalia cadavera ad ſepulcrum ducuntur, facie aperta, ſacerdotalibus ornamentis inſignita, candidis *Chirothecis* manibus inſertis, pedibuſque ſandaliis ejuſdē coloris inditis. De qua teſtis oculatus, nec fallax Criticus *D. And. de Sauſſay Panopl.* ſuperius laudatę *fol. 353.* Hujuſmodi enim ritus in Defunctis decorem, ac munditiem ſapiunt,

spiunt, citra omnem vanam Luxus ansam, in Viris Ecclesię illùc, per quam doctis, & exemplaribus, quod nemini blandientes accuratè aliàs vidimus, fideliterque calamo narramus.

At inferioribus *Episcopo* nequaquam concedendas, ut eminentioris gradus appareat distinctio. Eleganter *Illustriss. D Anton. Paulutius* in sua *Jurisprud sacra tract. 2. cap. 18. num. 7.* significavit, quę in *Abbate* sic decorato ęquè militant.

Nec putet quisquã è nostro Schediasmate *Cęnobitas* eliminandos potissimas quorũ Virtutes affectũ planè religioso percolimus; Videndum enim, an ipsis, citra Dignitatis gradum, ac modestię Metam *Guantorum* sive *Chirothecarum* usus, ad propriũ ac privatum commodum, expediat, sitque permittendus.

Responsio absoluta omninò est negativa, pro qua ipsos met Patres audiamus. Designarunt ij, primasq; vestes induere, communi vocabulo *Colobium* appellatas, aut *Lebitum*: Utraque nomine diversa, re autem

ca-

eadem, & una, quemadmodum statim videbimus, linea scilicet, absq; manicis, vel ijs abscissis, ut expeditiores ad ambulandum forent, & ad dormiendum soluti.

Breviter *Sozomeni Hist. lib. 1. cap.* 13. verbum tamen usurpans latinum ibi *Nam Tunicis se induebant manibus carentes*. Clarius tamen *D. Hieron.* optimus quidem Linguarum Professor in *Prefat. ad Regul. Pachomii* ubi: *Nihil habent*, inquit, *in cellulis preter Psiathium, & que infra scripta sunt, duo Lebitonaria, quod Aegyptijs Monachis genus vestimenti est sine Manicis, & unum jam attritum ad dormiendum, vel operandum &c. Rufin.* de Vita Patrum *c.* 13. *Tabennensij appellantur, quibus usus est indui Colobijs, quasi saccis lineis.* Et *cap.* 7. *Indumentum ejus stuppeum Colobium erat, quod apud illos Lebites appellantur, & linteum quod collum, & caput obvolueret*. Apertius etiam *Cassian. de Institut. Cenobitar. c.* 5. hoc modo: *Colobiis quoque lineis induti, que vix ad cubitorum ima pertingunt: nudas de reliquis circũferunt manus, ut*

Digitized by Google

amputatos habere eos actus, & opera mundi hujus suggerat abscissio Manicarum. Ubi sapientissimus Præceptor materiam introspiciens, pro Manuum nuditate, & *Guantorum* exvitione prorsus necessaria, causam profert egregiè. Quæ Manuum Nuditas antiquo penicillo in Veteribus Monachorum peristyliis optimè expressa, *Casinensis*, *Cavensis*, ac *Sublacensis* maximè: sequiori autem ęvo perelegantibus *B. Bernardi Ptolomæi* per *Sodomam* satis notum, in Senensi ditione Iconibus, & in clariss. Olivetani Ordinis Archicænobio. Alias autem Vestes, quæ postmodum usu valuere, non tamen pręter argumentum *Dorotheus* enumerat *p. de Renunciat.* iis concisis verbis *Tunica absque Manicis*, & *Zona pellicea*, *Analabus*, & *Cucullus*. Nobis prior phrasis sufficiens ęst: ad reliqua digerenda, Lectoribus Lexicographos aperimus, & maxime *D. Du-Fresne*, ex Illustrissimis *Gallorum Academiis* pluries laudatum, nec non *Henricũ Spelmannum* Anglo-Britannum in suo *Archajologico*, apud quorum

pri-

primum *to.2.fo.*590. ex Libro Ordinis *S.Victoris Parisiens.M.S.cap.* 18. & 40. Mitræ Laneæ pro Conversis essomatę, Operariis; Itinerantibus, & Infirmis, ad protegendum caput extensæ, id enim discretum.

Spiritu Dei, & Patriarcharum amore penitus exueretur, quisquis Monachus adhiberet *Chirothecas* pręsertim pellaccas, cum nec laneæ olim permissæ, majorum præceptis, & exemplis obstantibus: & nimis profectò sentiret luxuriosè quisquis astrueret, quod incedentes calceati possint agere Manicati, Laicalis Vanitatis pedissequi perditissimi, in pravam eorum sortem fortasse alios miserrimè trahentes.

Indecens non parum apud magis honestos mos habitus Religiosorum ad arcendum frigus, vel citra illud manus in sinu, aut infra cingulum intra vestes recondendi: quod, ex *Clem. Alex. D. Bonav. Hugone Victorino* aliisque improbat viriliter *P. D. Franc. Ma: Maggius de Sacr: Cæremon. to.* 1. *disquis.* 9. *pag.* 474.

Argumentorum tamen Achilles

ex

ex adverso pro Cænobitis qui, maximè apud Nostrates, Chartis impallescunt, textus erit *Addit.Constit. Caroli Magni cap.* 12. ita decernens *Abbas omnino prouideat ut Monachorum unusquisque habeat Wantos in æstate, & Muffulas in hyeme Vervecinas*; Aestiva tamen *Guantorum* species nõnihil prętér ordinem portendit, quod frigoris remedium exuberat, & forsan ad Agrorum cõducit culturam, in qua sese magis exercebant Veteres Monachi; Et nota est *Carolina Pietas* in Ecclesiarum Cathedralium, & Cęnobiorum complurium erectione, amplissimis proventibus in subsidium elargitis, ac prudẽtissimis Legibus promulgatis. Numquam labitura Virorum Literis, ac fama sanctitatis illustrium inde effluxortm extat memoria per universum Imperium Romano Germanicum, quos etiam in minimis Luxui studuisse credere absurdum est.

Fatemur *D.Jo:à Capistrano* crassioribus pellaceis *Chirothecis* usum, quarum unam sub pia custodia in ipsius

ipſius patria coluimus, altera apud *Sereniſs.*, *ac Reverendiſs. Medicæum S.R.E. Cardinalem* extante. Id tamen in militari expeditione, & aduerſus Chriſtianæ Fidei hoſtes. Adhuc noſtro æuo in oris iis admodum frigidis, ferrea Monachorum temperamẽta nobismet obvia fuere, quæ præter Hipocauſtum, ſeu artificiale Calefactorium, *Chirothecarum* ſimileſq; molles nimium aliorum conſuetudines, & in cilitio delicias reſpuunt. Quod ſi alicubi apud Monachos *Gantorum* abuſus irrepſit, eſt quid rarum, nec ſtatim ad generalem formulam trahendum: ſiquidem *Caſſianus* 19.8.*Collat.* per bellè ait *Non enim à parte minima, ideſt de conſideratione paucorum, ſed de his quæ multorum, imo omnium ſubjacet facultati univerſalis eſt regula trahenda*. Una Avis Ver non aperit, protritum eſt Adagium, & apud Nutrices: nec pios admovent viros, quam piorum exẽpla. Præterquamquod, de peccaminoſa partis alicujus indecentis ad Monaſticum habitũ adiectione ſcripſit Vir omnium numerorum *P. Sua-*

rez in doctissimo Opere *de Relig. to. 4. tract. 8. lib. 5. cap. 5. nu.* 11.

Ipsis autem Monachis etiam Baculi usus, præter Necessitatis, aut Infirmitatis casum interdictus, ut in *Capitular. Reg. Franc.* Notat egregie *Balutius to. 2. fo.* 1092. qui de supplici *Fuldensium* Cęnobitarum libello *Karolo M.* pro Senum, & Infirmorum sustentatione meminit. Qui *Baculus* ex puro jampridem ligno necessitatis gratia adhibitus, ad præstantiorem materiam, & causam insigniter evectus, notante suo more gravissimo Viro *P. Ludovico Thomasino* in sua *Ecclesiast. Disciplina.*

Et quid affirmabimus de Religiosis sororibus perpetuæ clausuræ voto mancipatis? Idem prorsus, ac de *Monachis*, & fortius,] quia minus aeris gradibus frigidis expositæ. Earum lege in hoc *Tertiarias* (seu *devotas* domesticas *filias* in *Belgio*) adstringi censemus, cum non dissentiat Vestis. Cujus quidem Vestis indecẽtia quæcumque ipsis minime permittenda, ut his plane verbis *Sac. Congreg.* decrevit in *Hydruntina* 4. *Aug.* 1625.

1625.apud *Nicol.in Floscul. V.Terriariæ num.*10.*fol.*720.

In Regula Monialium *Fontis-Euuraldensium cap.* 15. sancitum legitur *Ut nunquam induant Gantos* ; Lex æquissima, sed forsan emanata priusquam Virgines Deo dicatæ, & diu cum propinquis domi permissæ, effuso per inimicum hominem zizaniæ semine, cogerentur in claustra. Hodie in quovis præeio habeantur *Chirothecæ*, illarum quoque Donum est Monialibus interdictum, non modo *Bulla* obstante *Clementis Papæ VIII.* anno 1598., verum id minime sentiẽtibus gravissimis Doctoribus *Filliuc.Tract.*34.*cap.*3.*num.*71.& *Bonacin.disp.*3. *pun.*1. *sub num.* 9. quibus *addit Daniel de Nobilib.*circumstantiam, & si proprio labore confectæ sint. In *select.* scilicet *Controv. Can. & Civ.p.*1.*disp.*26.*num.*38. *fol.* 227.

Clericorum Regularium duodecim Ordinibus ipsorum met adversantur Constitutiones, quibus sese *Oratorij Patres*, tibialibus pellaceis tegumenibus peculiariter induentes, manuum nuditati sponte accomodarunt.

runt. Secus est de *Regularibus Canonicis*, qui ante *Sixtum IV*. sæculares ac *Lateranensis* Templi custodes, vix vestium colorem immutarunt apud Nostrates, quanquam multiplex, & curiosa exteris ipsarum forma, de qua libellus *P. C. Dù Molinet* 1666. eam Iconismis Lutetiæ prodiit *Monasticon* extat *Anglicanum*, & videndus *Gabriel Pennottus*. Cur enim ipsis pellaceæ quidem modestæ haud permittendæ *Chirothecæ*? Quæ tamen Cylindraceæ, vel villosæ, seu semimanicæ hyemales, manuumque tegmina, sic per *Colum.* c. 8. vocata, magis laudarentur; undique enim *Chirothecæ* sęculi vanam redolent libertatem.

Cunctorumque *Clericorum Regularium* habitum, à sæcularibus ita distinctum, ut depositus, Apostasię pænas, canonumque censuras irroget, voluere *PP.* ac Theologi *Castropal.* & *Diana*, ille quidem 3. 16. 4. 6. hic 9. 7. 5. fusius verò *Illustriss.* Civitatis plebis Episcopus *F. Reginaldus Lucarinius* in de *Episcopo Regulari cap. 2. num.* 322.

Paſ-

Passim verò quilibet rependere volens Benefactori inet, sive Mediatori Beneficium, par spondet *Chirothecarum*, & communi utitur voce *Paragnanti*, cui titulo, vel aliud quicquam validius, vel præcipua antidoralis Gratitudo est optimè innixa.

Imò, tanquam Xeniola, extra latam Munerum speciem, Prætoribus ceterisq; publicis Ministris, haud quaquam vetita, ex acuta *Ulpiani* Philosophia in *l. solet* 6. §. *fin. ff. de Offic. Proconf. & Leg.* videtur soli de ostendere *Clariss. D. Carol. Eman. Vizzanius de Mandat. Principum*, seu de Officio eorum, qui cum Imperio *in Provincias mittuntur leg* 3. *cap.* 1. & vidēdi *Paschal. de Legat. Jo: Georg. Kulpis in Cōment. de Legation. Statuū Imperii: Bragaccia dell' Ambasciadore D. Wicquefort eod.* opere novissimo Gallicè, aliique permulti; ex prudentissima siquidem *Justiniani* Cesaris sanctione in *tex. Novell.* 8. *Ut Judices sine quoquo suffrag. fiant.* Omnia acceptare valdè sordidum, nimis verò agreste cuncta respuere. Mini-


nima autem hæc ad materiam pro Otio, quod inter multijuges Negociorum compræſſus, Cerbero quaſi latrante, Hydraque ſibilante, vix conceditur, illuſtrandam, ſic digeſta ſufficiant.

TELOS.



Ma-

Digitized by Google



MATERIARVM ELENCHVS:

A

B

quos

Digitized by Google

Con-

D.

Digitized by Google

F

Digitized by Google

Digitized by Google

Ho-

I

La-

L

Ma-

M

li-

O

P

Pa-

Digitized by Google

Pri-

R

S

Digitized by Google

T

Digitized by Google

V

Vin-

Errata sic, & studiosius Purga

fol. 25. *Comediarum*
Comædiarum
72. *Magysterium*
Magisterium
146. *Pecten* masc. gen.
152. Oblanda
blanda
227. *Gen.* 1. 2.
Gen. 3. 22.

Nonnulla similia Lectori demandata. Alia sic vel melius supplenda.

Tur-

Digitized by Google

Turritum Fœminarum caput

Vexillum Diaboli vocatum à D. *Bernard.* Senensi *Serm.*

Peruchæ Clericales

Semper adhibitę, & in sacris à Patribus Societatis in Missionibus per Britanniam, ac Belgium.

fol. 255. id *humillimè petenti* supple *Visus est*, seu *Apparuit*.

fol. 288. *In cęteris ferè Italię Universitatib. id quoque.* Supple etiam si nec verbum ullum per *Doctiss. P. Magist. Franc. Ma-Brancaccinum* in nupero suo *De Jure Doctoratus*.

In *Regio Neapolis Consilio*, sive Rabulis, seu Causarum Actoribus, quam positis *Chirothecis* loqui permissum. Id curiosè advertimus. At,

De *Chirothecis* Hispanicis videnda lepida, quo ad Odorem in *Lydio Lapide Trajani Boccalini* Insignis Satyrici.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google